PRESENTED

TO

THE UNIVERSITY OF TORONTO

BY

THE UNIVERSITY OF STRASSBURG,

GERMANY.

JANUARY 10TH, 1891



T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE.

EX RECENSIONE

ET CVM APPARATV CRITICO

FRIDERICI RITSCHELII.

ACCEDVNT

PROLEGOMENA

DE RATIONIBVS CRITICIS GRAMMATICIS PROSODIACIS METRICIS EMENDATIONIS PLAVTINAE.

TOMVS III.

PERSAM MERCATOREM POENVLVM RVDENTEM COMPLECTENS.

ELBERFELDAE
R. L. FRIDERICHS
SVMPTVS FECIT
A. MDCCCLIII.

LONDINI
WILLIAMS & NORGATE DULAU & SOC.
VAENVMDANT.

LL
P72.17pR

T. MACCI PLAVTI

P E R S A.

EX RECENSIONE

ET CVM APPARATV CRITICO

FRIDERICI RITSCHELII.

ELBERFELDAE
R. L. FRIDERICHS
SVMPTVS FECIT
A. MDCCCLIII.

LONDINI
WILLIAMS & NORGATE DULAU & SOC.
VAENVMDANT.

12024
12|1|91

Persae Plautinae (nam Plautina tam est quam potest) has partes membranae Ambrosianae servarunt.

A. a
329. 330 = 1 — 14. 15 — 29 med.
B. b
C. c
D. d
E. e
335. 336 = 168—181. 182—194
F. f
} LXXI

G. g
129. 130 = 249—261. 262—272 med.
113. 114 = 272—284. 285—300
327. 328 = 301—317. 318—331
337. 338 = 332—350. 351—369
127. 128 = 370—388. 389—405
143. 144 = 406—424. 425—443
H. h
} LXXII

325. 326 = 479—495. 496—509
103. 104 = 510—528. 529—545
151. 152 = 546—560. 561—576
101. 102 = 577—596. 596—611
107. 108 = 612—626. 627—641
153. 154 = 642— — — —672
105. 106 = 673—687. 688—706
339. 340 = 707—725. 726—741
} LXXIII

Ex his paginis quaedam sunt, quae quibus vel finibus vel initiis sint, adnotatio doceat ad v. 26. 596 (ubi non est neglegendus transpositus de pag. 102 in 101 versus 594). 673. 725: duarum autem illarum, in quas incidit versus 272, confinia paullo curatius, ne quid dubitationis restet, sic hoc loco declaramus:

p. 130 PENSUMMEUMQUODDATUMSTCONFECINUNCDOMUM

p. 113 PROPERASMANEETSIPROPERAS

Vbi PROPERASMANE apparet natum esse e PROPERO. SA. MANE.

Ceterum tam varia singulae membranae condicione sunt, ut pristinae scripturae prorsus nihil hodie superstes sit in paginis 129. 144. 152. 153. 154, item in p. 108 parte superiore, prope nihil in p. 151: pauca legi potuerint in p. 105. 106. 107 superiore, 108 inferiore: multo plura in p. 130. 327. 127. 128. 143. 103: vel pleraque vel omnia in ceteris.

In deperditarum autem membranarum *B—H* intervalla cum fabulae partes servatae sat commode conveniant, modo in illis potissimum, quas signavimus *F. G*, plurimos maiore ambitu versus potuisse bifariam divisos esse reputaveris: at mira ratio est extremae fabulae partis, eaque persimilis eius quam in Mostellaria disceptavi praef. p. x sq. Nam qui post paginam 340, in qua quaternionis nota LXXIII perscripta est, reliqui sunt fabulae versus circiter CXVI, cum non possint amplius quam septem octove paginarum spatium explevisse, tamen proxima in Ambrosiano codice fabula, quae est Pseudulus, non in medio quaternione LXXIIII, sed in LXXV demum incipit. Vt propemodum videatur librarius, quo novae fabulae initium a novo quaternione fieret, illud consulto aliquoties instituisse, ut vel ternione vel binione exitum praecedentis fabulae concluderet: quantumvis in superstitibus Ambrosiani partibus omnibus (praeter unum Stichi exemplum, cuius singularem rationem praef. p. VIII explicavimus) constans sit quaternionum usus.

In actuum descriptione non putavi a tralaticia consuetudine recedendum esse. Quae quanquam habet sane quaedam incommoda, tamen haec leviora visa sunt prae longe

gravioribus difficultatibus, quae in commendatam nuperrime divisionem cadunt. Ac fortasse aliquid huius rei cum condicione universa huius fabulae coniunctum est, qualis quidem ea nunc habetur. In qua ut Plautinum ingenium, quod supra professus sum, agnosco sensu certissimo, ita vel nitere omnia vel Plautina arte satis digna esse minime contendam. Nihil nunc dicam de singulari metrorum varietate, quae cum in cantica Plautina plurima cadat, tamen in hac fabula haud scio an in insolentiorem licentiam vertat: id quod de prima potissimum et paenultima scena significavi, item de IV, 3 v. 89 sqq. Vbi ut valde ambigua est metrorum descriptio omnis et varios saepe dimetiendi modos admittit*), ita ad maiorem illa aequabilitatem quandam non nimis difficulter ab eo adduci poterit, qui a codicum memoria, quam nos nunc dedita opera servavimus plerumque, aliquanto liberiore coniectura recedere voluerit. Sed tamen ut non talem qualis exstat prodiisse fabulam e manibus poetae credam, sed aliquam cum iniquitate temporum tum hanc insecuto *διασκευαστοῦ* artificio mutationem subiisse, illud potissimum me movet, quod post venditam Saturionis filiam mirum in modum nec usitata Plauto festinatione ea in scena, quae vulgo nova numeratur actus quarti, exitus fabulae praecipitatur. Hanc igitur scenam cum probabile sit amissis partibus quibusdam in brevius contractam esse, simul hinc insolita brevitas totius fabulae aliqua saltem ex parte repeti poterit. — Contra molestia non caret, quod in quarta scena eiusdem actus nimia ac prope putida diligentia virginis cum lenone sermo praeparatur tantumque morae inutiliter nectitur antequam huic illa coram sistitur.

Leviori factarum olim turbarum indicio, quam cui multum tribuas, memoria G l o s s a r i i P l a u t i n i illius est, cuius testimoniis identidem non sine fructu usi sumus. In quo e Persa excerpta adverbia hoc se ordine excipiunt, quem infra posui additis versuum numeris:

---

*) Velut de v. 491 monere oblitus sum, rectius fortasse illi anapaesticos quam trochaicos numeros tribui.

quatriduo 37*) here 108 temperi 229 amiciter 255 tuttax vel tutax 265 frugaliter 449 (454) complurienſ 534 contemptim 547 prognariter 588 interibi protinam 680 prorſuſ pro continuo 677

E quibus solum interibi non habet hodie quo referatur: quando ad v. 172. 174 spectare minime credibile est. Vt inter v. 588 et 677 (nam casu ante prorsus conlocatum protinam putarim) aliquo in loco aliquid sane intercidisse videatur.

E personarum nominibus nec fidem nec rationem habet tralaticia LEMNISELENE forma, tam illa abhorrens a Plautini et generis et temporis indole, ut LEMNISELENA efferenda esset necessitate certissima. Verum neutrum horum libri tuentur v. 196 et 248: qui priore loco dativum constanti testimonio *lemniſeleni (lemniſſeleni* **CD**) prodant, posteriore accusativum nec in *am* nec Graecorum (non Plauti) more in *en* syllabam terminent, sed eam formam praebeant quae non possit non tertiae declinationis esse, *lemniſelenem*. Hinc consequens fuit ut nominativum faceremus LEMNISELENIS. A Λημνισεληνίς autem vel Λημνοσεληνίς oxytono etsi regulae sane convenienter non illi potius casus fiunt quam hi qui in *-idis -idi -idem* exeunt, tamen non tam angustis finibus vel ille locus, qui est de ἀναλογίᾳ et ἀνωμαλίᾳ nominum, apud veteris latinitatis scriptores universos, vel hic qui est de formandis hominum nominibus, apud ipsum Plautum circumscriptus est, ut, quo usque latinae declinationis affectandae studium, proprium illud priscae aetatis, progredi potuerit, sine errandi periculo fidentius atque adseverantius definias. Hac igitur ratiocinatione ductus cum *Lemniseleni Lemniselenim* formas, ut

---

*) *quadriduo* scripturam cum ego e ***D*** tantum enotaverim, tamen in hoc nescio an plus fidei Parei oculis merito habeatur, testes illius ipsos ***BC*** proferentis.

Theti Irim barytona, latinissimo poetae tribui, non esse verendum putavi ne egisse inconsultius viderer. — Aliam ob caussam non paullum dubitationis DORDALVS nomen inicit, ut cuius veriloquium prorsus nullum in promptu sit. Quod etsi constans per totam fabulam optimorum testium, etiam Ambrosiani, auctoritas effecit ut interim non sollicitarem (nam leve est quod in **Db** aliquoties erratum est DORRALVS vel DORALVS), tamen non me praeterit fieri posse ut in solo argumento fabulae veram nominis scripturam codices servarint DORPALVM. — Praeterea parasiti filiae VIRGINI potueram fortasse nomen indere LVCRIDI: quando illa ea in scena, in qua hoc sibi nomen esse narrat v. 624, constanti consilio ita respondet sciscitanti lenoni, ut, cum honesta calliditate meras ἀμφιβολίας captet, tamen ficticia et contraria veritati dedita opera declinet.

Instrumento critico nostro post editam Mostellariam accesserunt manu scriptae adnotationes F. V. Reizii, Godofredi Hermanni, Caroli Lachmanni. Quarum hae, quas ultimo loco dixi, scriptae sunt in marginibus duorum exemplarium meo aere nuper emptorum, Taubmanniani anni MDCXXI et Bipontini anni MDCCLXXXVIII, sed multo pauciores in hoc quam in illo. Ex Hermanni autem bibliotheca depromptum exemplum Ernestianum anni MDCCLX commodavit Mauricii Hauptii amicitia: cuius quae dotes sint, optime intellegitur ex ipsius Hermanni verbis in fine alterius voluminis scriptis, quae infra ponenda duxi:

> *Quae in hoc libro calamo annotata ſunt, ea ex demortui praeceptoris mei Friderici Volgangi Reizii exemplare huius editionis transtuli in hoc meum exemplar cum maxima fidelitate, ita vt neque, ſicubi erravit Reizius, immutarem; & ubi a priore correctione recesſerat, ſi calamo eam expunxerat, idem facerem; ſi ſale delerat, in margine, quae priſtinae emendationis exſtarent veſtigia, indicarem. Ea autem quae iam antea ipſe alleueram, vel ſubducta lineola, vel appoſito meo nomine, vt ab Reizii notis internoſci posſent, curam habui. De-*

ſcriptae ſunt haecce notae Lipſiae in feriis vernis a die XV. Aprilis vsque ad diem IX. menſis Maii, anno a C. N. CIↃ IↃ CCLXXXX.

Ioannes Godofredus Iacobus Hermannus.

Hoc autem quod ipse testatur consilium dici nequit quam mirifica diligentia per viginti comoedias exsecutus sit, fidei et religionis per longaevam vitam tanta cum gloria comprobatae iam tum documentum edens honorificentissimum. Ac de Reizianae industriae indole universa satis iam aliunde constat: ad Persam paucae cum Reizii tum Hermanni emendationes pertinent, illius quidem metricae potissimum in canticis actus quinti, quarum partem maximam, ut specimen exstaret, in adnotatione perscripsi non nimio emolumento poetae. Ex Hermannianis potueram etiam illam commemorare quam versui 696 adhibuit: *Eum ego ut requiram adire atque ut redimam uolo*, tametsi probabilitatem habere nego. Quanquam de hoc genere universo ita sentio, ut haudquaquam putem sine delectu evulganda esse, quae quis sibi, non aliis scripserit. Idque non minus cadere in Lachmanniana volo. Qui cum ipsam Persam fabulam item leviter tantum attigerit, in aliis compluribus longe longeque plus studii ac laboris consumpsit. Sed eius operae alia eaque sat magna pars in excerpenda scripturae discrepantia codicum Palatinorum editionisque principis constitit: alia etsi in corrigendis scripturae vitiis versatur, tamen saepe (id quod etiam in Persa accidit identidem) ea inventa progenuit, quae pridem ab aliis, quorum tum libros non consuleret, occupata essent. Vel sic tamen non deesse consentaneum est, quae spes sit non mediocriter quarundam fabularum emendationi profutura esse partim iam editarum a nobis partim tractandarum deinceps.

Primo tomi tertii fasciculo praemittere statueram, quae in secundi tomi fabulis vel corrigenda vel addenda observassem. Ea tamen omnia nunc intellego alteri fasciculo servanda esse, cum quantivis pretii admonitiones quaedam, quas benevolae amicorum industriae acceptas referam, suo

tempore ad me perlatae non sint. Interim ad Persam spectantes lectiones Scaligeranas aliquo supplemento augebo, quod ex impressis libris Leidensibus XIII. D. 203 et 204 et XIII. O. 244 ab Eugenio Mehlero nostro haustum nunc ipsum Bonnam tramittitur. Proferam autem omnes, ut semel aliquo exemplo intellegatur, non immerito multa supprimi a me solere quae nulli esse usui videantur, quippe aut non satis digna Scaligerani nominis splendore (maior enim in illo recentioris fuit quam veteris artis metricae latinae peritia), aut nimis levia, aut prius inventa ab aliis sibique probata tantum. Igitur Persae v. 38 ascripsit ille *Age sis* v. 45 *habes* 47 *obsecro Te resecroque* 69 *adscribitor* 87 *struthe acoluthe aquam V. C.* (h. e. *vet. cod.*) et *L.* (h. e. *Lege*) *Str. acol. atque appara* 88 *concaleant calamum* 94 *Nihili sunt* 96 *Nihili est* 123 *Cynicam esse gentem oportet parasitûm probe* 140 *sies* 150 *surpta* 229 *Temperi* 265 *tutax V. C.* 283 *perciderim tibi metuam muricide* 308 *conseruabor* 336 *hodie ergo* 360 *Fiat qui haeres tuu* (alibi *Fiat qui herus tuus*) 418 *seruitutium* 436 *quam ex cauea ludis* 489 *posthac tui* 494 *pergrandem* (*Non.*) 559 *Haec nisi urbe aberunt* 706 *multimodis* 733 *bona in uita V. C.* et *fort. bona inuita aut bonum inuito* 740 *Pessa me pessumd. Sic Sassina, Assum etc.* 784 *misero* 785 *Qui ei fidem* 793 *Nae sis* 821 *circumfer mulsum libere* 829 *aeque tu Persa* 846 *colaphum iniicit* 856 *Hice me habent* Vides ludibunda manu multa illum iecisse potius inter legendum quam, quod tum non agebat, meditate coniecisse. Accedant his Salmasiana e libro item Leidensi XII. Q. 177 deprompta: v. 47 *obsecro Te resecroque: nam in MS. lacunula est post resecro* 60 *Hinc his cognomentum* 123 *Cynicum esse e gente* 338 *uendes* 407 *sterculinam publicam* 452 *postprincipio legendum est e Donato* 667 *habebo melius quam habeto* Non fere pluris sunt quae Leidensi XXI. Burm. D. 2 Iani Dousae ma-

nus ascripsit: e quibus praeter ea, quorum in adnotatione nostra iam est mentio facta, haec excerpsi condonanda magis quam commemoranda: v. 68 *dato in* 265 *quo bene erit* 304 *ibi me soluat* 770 *tu sic eris*

Praeterea v. 159 'in collato codice spatium esse pro πόθεν, sed pluribus litteris' Gronovius adnotavit in Gron. 17: v. autem 792 *manibus* pro *pedibus* (defenso ab Scaligero) Petrum Ciacconium lib. de triclin. proposuisse Rittershusius in D. 181.

Exhausta materia Leidensi omni superest ut adnotationi haec accedant oblivione omissa: v. 74 *hic aluo rete* Gulielmus Verisim. III, 13 126 *domi* pro *modo* idem ibidem I, 8 463 *Theatrum lepidum lepida condecorat schema* Canterus Nov. lect. III, 18 In ipsis autem verbis poetae corrige v. 120 *parasitus* v. 664 *índica* pro *ndica* et si quae forte sunt similia: qualia vitia spes est fore ut mutatus cum redemptore librario typographus in posterum caveat curiosius.

Scr. Bonnae a. d. III. Kal. Apr. a. CIϽIϽCCCLIII.

T · MACCI · PLAVTI

P E R S A.

A R G V M E N T V M.

Profécto domino sŭos amores Tóxilus
Emit, átque curat léno ut emittát manu:
Raptámque ut is emat dé praedone uírginem,
Suadét: subornat sŭi parasiti fíliam:
Atque íntricatum ita lúdit potans Dórdalum.

INCIPIT PERSA. ARGVMENTVM ***D***. INCIPIT PERSA ***C***. ARGVMENTVM ***B***. PLAVTI POETE CL$^{\text{mi}}$ PERSA INCIPIT ***F***. Plauti Persa ***Z*** 1. amor eſto xiluſ ***B*** 2. Emittatque ***B*** 3. Ramptamque ***C***. Raptam quoque *Bothius* ut *Pius*. ui *libri, nisi quod* vi ***C*** is emat *Pylades*. emeret *libri*. emat *Bothius* predone ***C*** 4. Suadet, subornat *Bothius*. Subornata ſuadet *libri, nisi quod* Subornatam ***Z*** filiam *Pius*. filia *libri* 5. intricatum ita ***R***. ita intricatum *libri, nisi quod* intrichatum ***BD***, inthrichatum ***C*** Dordalum *Camerarius*. dorpalum ***BCD***. dorpalium ***Z***. dorphalum ***F***. *Vide praefationem.*

PERSONAE.

TOXILVS SERVOS
SAGARISTIO SERVOS
SATVRIO PARASITVS
SOPHOCLIDISCA ANCILLA
LEMNISELENIS MERETRIX
PAEGNIVM PVER
VIRGO
DORDALVS LENO.

ACTVS I.

TOXILVS. SAGARISTIO.

TOXILVS.

Qui amáns egens ingréssus est princéps Amoris in uias,
Superáuit aerumnís suis aerúmnas omnis Hérculi.

Per totam fere fabulam sciendum est personarum nomina cum in mediis sermonibus tum in scenarum inscriptionibus non in **CDa** *tantum, sed etiam in* **B** *prope omnia desiderari: ut abesse, nisi quae adesse tester, credenda sint. Praeterea quae in mediis versibus vacua spatia relicta esse solent notas personarum captura, tam parvo saepe ambitu sunt in* **B**, *vix ut satis dignoscas*

Act. I. Scen. 1. TOXILVS SAGARISTIO SERVI II. **B**. *om.* **CDa**. SERVI II. SAGARIstius Toxilus **Db** *et, nisi quod* Sagariſtio, **Z**. Toxilus Sagariſtrio ſerui duo **F**. TOXILVS *tantum* **A**, *sed idem versu vacuo inter 6 et 7 relicto, qui haud dubie* SAGARISTIO *nomini destinatus erat* *Mira varietate mixta et numerorum et metrorum genera expedii ut potui, non nimis recedens a fide librorum. Quanquam emendari fortasse cum alia poterunt tum illa de quibus ad v. 18. 27. 30. 39 sqq. monui. Nunc habes iambicos octonarios v. 1—6. 9—12. 23—25. 32. 47. 48, septenarios 7. 8. 19—22. 30. 34. 39. 43—46. 49—52, dimetros 27. 38, trochaicos octonarios 13—16. 26. 29. 36. 40, septenarios 18. 28. 31. 33. 35. 37. 41. 42, creticum 17* 1—5 (Qui amans . . . . cum Amore) *affert Servius in Verg. Bucol. X, 69* 1. AEGENS **A** eſ **BCD**

princepſ *cum reliquis* **A**. praeceps *Pius* Amoris in *Guyetus*. in amoriſ *libri cum* **A**, *etiam Servius* uiam *Servius* 2. suiſ *libri cum* **A**, *Serv. Dan.* is suis *Camerarius, interpolatus ut puto Servius* omnis *Lomanus p. 43. om. libri cum* **A**, *Servius* herculi **BCDaF**. herculiſ **DcZ**, **A** *ut videtur, Servius.* Hercula-

Nam cúm leone, cum éxcetra, cum céruo, cum apro Aetólico,
Cum auibús Stymphalicís, cum Antaeo déluctari málui,
Quam cúm Amore: ita fió miser quaerúndo argento mútuo:
Nec quícquam nisi 'non ést' sciunt mihi réspondere quós rogo.

SAGARISTIO.

Qui eró suo seruíre uolt bene séruos seruitútem,
Ne illum édepol multa in péctore suo cónlocare opórtet,
Quae eró placere cénseat praeséuti atque absentí suo.
Ego néc lubenter séruio nec sátis sum ero ex senténtia:
Set quási lippo oculo me érus meus manum ábstinere hau quít tamen,
Quin mi ímperet, quin mé suis negótiis praefúlciat.

TOXILVS.

Quís illic est, qui cóntra me astat?

SAGARISTIO.

Hic quís est, qui cóntra me astat?

---

neas *Bothius* 3. LEONE ***A***, *Servius*. leone et *reliqui* EXCETRA ***A***, *Serv.*, *Pius*. exſcetera ***B***. exſcedra ***CZ***. excedra ***Da***, excedra ***Dc***. ydra ***F*** cum ceruo *om. Serv. Dan.* curi ceruo ***C*** aetolito ***B***. etholico ***CDF*** 4. ſtimphaliciſ ***CDF*** ANTAEO DELUCTARI ***A.Z***. antaeo delluctari ***B***. antheo deluctari ***CDF***. antaeo med eluctari *Serv.*, *ubi* 'anthaeo meo *Dan.*, antheomede *at.*' malui ***R***. malueram *Servius*. mauelim *libri*. M . . . . . ***A*** 5. fleo *Bothius* QUAERUNDO ***A***. quaerendo *reliqui* 6. Neque ***F*** non est] uonem ***B*** *Ceterum pro* non est sciunt mihi *talia apparere visa sunt in* ***A***, *quae non expedio:* NONSTIISNONIMIHI

7 sqq. De metris rectissime statuit Philologi III, p. 465 Hermannus contra Fleckeiseuum Phil. II p. 71 sq. 7. SA. *Camerarius. om. etiam* ***FZ*** Quin ***Z*** UOLT *et* SERUOS *pro* uult *et* ſeruuſ ***A*** ſeruitutem ſeruuſ ***DF***, *sed* :ſeruitutem :ſeruuſ ***Db*** 8. Ne ***Z***. NE *etiam* ***A*** ILLUMEDEPOL ***A***, *Guyetus*. edepol illum *reliqui* CONL. *etiam* ***A*** opotet ***B*** 9. Que ***B*** ſentiat ***F*** 10. SERUINEQUE ***A*** 11. lyppo ***D*** ocillo ***Ba*** HAU ***A***. aut ***BCDF***. haud ***Z*** quid ***CDF*** 12. QUIN ***A***, *Pylades*. Quid ***BCDF***. Qui ***Z*** praefulciat *recte tuebatur Gulielmus Quaest. c. 1.* praeficiat '*antiqua exemplaria*' *Pii*. praefuciat *Lipsius Ant. lect. IV, 18* 13. 14 *inverso ordine* ***A*** 13. Tox. *Bothius*. SAG. ***FZ*** adſtat ***F*** SAG. *Bothius*. Tox. ***FZ*** hic quis *Hermannus*. quiſ hic *libri*

TOXILVS.

Similis est Sagaristionis.

SAGARISTIO.

Tóxilus hic quidem méus amicust.

TOXILVS.

'Is est profecto.

SAGARISTIO.

Éum esse opinor.

TOXILVS.

Cóngrediar.

SAGARISTIO.

Contra ádgredibor.

TOXILVS.

'O Sagaristió, di ament te.

SAGARISTIO.

O Tóxile, di dabúnt quae exoptes.

'Vt uales?

TOXILVS.

'Vt queo.

SAGARISTIO.

Quíd agitur?

TOXILVS.

Víuitur.

---

contrá med *Guyetus* adſtat ***F*** 14. Tox. *Bothius. om'* ***FZ*** ſagariſtrioniſ ***F***: *atque ita constanter* SAGARISTIONI TOXILUS ***A*** toxilliſ ***Ba*** meuſ amicuſ eſt ***BC***. MEUS .... ***A***. amicuſ meuſ eſt ***DaF***: *sed* :amicuſ :meuſ ẽ ***Db***. meuſ ẽ amicuſ ***Z***. amicust *primus Guyetus*, hic meus quidem a. *transponens*
15. ADGREDIBOR ***A***. adgredior ***BF***. aggredior ***CD***. aggrediar ***Z***

16. o Toxile] TOXILE ***A*** di dabunt *Bothius*. dabunt di *libri cum* ***A*** 17 *sic distinxit* ***A*** *in media quidem pagina:*

UTUALES
UTQUEO QUIDAGITUR
UIUITUR

Toxili et Sagaristionis personas usque ad v. 20 permutat ***Db***,

SAGARISTIO.

Sátin' ergo ex senténtia?

TOXILVS.

Si euéniunt quae exoptó, satis.

SAGARISTIO.

Nimis stúlte amicis útere.

TOXILVS.

Quid iam?

SAGARISTIO.

'Inperare opórtet.

TOXILVS.

Mihi quídem tu iam eras mórtuos, quia nón te uisitáui.

SAGARISTIO.

Negótium edepol.

TOXILVS.

Férreum fortásse?

SAGARISTIO.

Plusculum ánnum
Fui praéferratus áput molas tribúnus uapuláris.

TOXILVS.

Vetus iám istaec militiást tua.

SAGARISTIO.

Satin tu úsque ualuisti?

TOXILVS.

Haú probe.

SAGARISTIO.

Ergo édepol palles.

T *et* A *notis usus* 18. Satisne *Bothius olim iambicum efficiens: fortasse vere* ego ***F*** 19. SAG. *ab initio om.* ***Db*** IMPERARE] ***A***, *Bothius.* quia iam imperare *reliqui, nisi quod* inp. ***B*** 20. TOX. *om.* ***Db*** mortuuſ *libri cum* ***A*** NONTE ***A***,***BCDF***. te non ***Z*** 21. NEGOTIEDEPOL ***A*** 22. preſ. ***B*** aput *pro* apud ***B*** 23. MILITIAST ***A*** *ut videtur.* militia eſt ***BCDZ***. malicia eſt ***F*** satin . . . . . palles *affert Servius in Verg. Buc.*

T o x i l v s.

Saúcius factús sum in Veneris proélio:
Sagítta cor Cupído meum transfíxit.

S a g a r i s t i o.

Iam serui híc amant?

T o x i l v s.

Quíd ego faciam? dĕisne aduorser quási Titani? cum eĭs belligerem,
Quibús sat esse nón queam?

S a g a r i s t i o.

Víde modo, ulmeaé catapultae tŭum ne transfigánt latus.

T o x i l v s.

Básilice ago eleuthéria.

S a g a r i s t i o.

Quid iam?

T o x i l v s.

Quía erus peregrist.

S a g a r i s t i o.

Ăin tu, peregrist?

V, 58 HAU *A*. haud *reliqui* 24. ſautiuſ ***CZ*** SUM FACTUS *A* UENERISPROELIO *A*,***BC*** (*nisi quod* ueniriſ ***B***). proelio ueneriſ ***DaF*** *et* ueneriſ *cum proximis construens* ***Z***: *sed* :proelio :ueneriſ ***Db*** 25. cor Cupido ***R*** *Proleg. Trin. p.* CXXIII. cupido cor *libri cum A* tranfixit ***B*** 26 *sqq. sic dispositi in A*:

QUIDEGOFACIAMDEISNEADUORSERQUASITITANICUMEIS
BELLIGEREM
QUIBUSSATESSENONQUEAM
UIDEMODOULMEAECATAPULTAETUUMNETRANSFIGANTLATVS
BASILICEAGITOELEUTHERIA

quibus verbis terminatur pagina. Eadem cum proximis in ***B*** *talia sunt:*

Quid ergo faciam? diſne aduorſe quaſitit anicumdiſ belligerem
Quibuſ ſat eſe non queam.
Vide modo ut meae cataputae tuum ne tranſſagandatuſ.
Baſilice agito eleutheria quid iam? quia eruſ peregre eſt ain tu peregre eſt?

TOXILVS.

Si túte tibi bene ésse pote patí, ueni: uiues mécum:
Básilico accipiére uictu.

SAGARISTIO.

Váh, iam scapulae prúriunt,
Quia te ístacc audiuí loqui.

TOXILVS.

Set hoc únum excruciat.

SAGARISTIO.

Quídnam id est?

TOXILVS.

Haéc dies summa hódiest, mea mi amíca sitne líbera,
An sémpiternam séruitutem séruiat.

SAGARISTIO.

Quid érgo?

Sicut et tibi bene eſſe pote pati ueni uiueſ meum baſilico accipiere uictu.
Vaiham ſcapulae pruriunt quia te iſta ec audiui loqui.
Sed hoc meum amexcrucia. quidnam id eſt?
Haec de ſumma hodie eſt mea amica ſitne libera
An ſempiternam ſeruitutem ſeruiat. quid nunc uiſ ergo?

26. ergo *etiam* **CDFZ** diſne **CDZ**. diiſne **F** aduorſe **CD**. aduorſer **FZ** quaſ **Z** taani **C**. tytani **F** eiſ] diſ **CDFZ** *Ceterum* aduorser? quasi Titani cum *interpungebatur ante Bothium* 27. *iambicum ut v. 38 praetuli trochaico* Quibus sat esse nón queam eſſe **CDFZ** 28. ut meae **CDFZ**. ulmeae *Scutarius* cataputae **CDa**. catapute **Z**. catapultae **DcF** trauſſigant latuſ **CDFZ** 29. baſilic **Da** agito **CDFZ**. ago *Bothius* quia] qui *Charisius p. 189* peregri eſt *Charisius*. peregre eſt *libri* tu peregre eſt *libri* 30. Si tute tibi *Camerarius*. Sit ut tibi **CD**. Sic ut tibi **FZ**. Sicubi tibi '*ex sinceris exemplaribus*' *Pius* pote **CD**. poteſ **FZ** mecum **CDFZ** *De trochaico octonario quispiam cogitet tali:*

Túte si tibi béne esse pote patí, ueni: bene uíues mecum

31. accipere **C** uah iam **CDFZ** ſcapule **C**

32. hoc unum excruciat **R**. hoc me unum excrutia **C**. hoc me unum excrucia **Da**. hoc me unum excruciat **DcFZ** 33. dieſ *Camerarius*. de *libri* eſt *libri* mi **R**. om. *libri* 34. quid

TOXILVS.

Fácere amicum tíbi me potis es sémpiternum.

SAGARISTIO.

Quem ád modum?

TOXILVS.

'Vt mihi des nummós sescentos, quós pro capite illíus pendam:
Quós continuo tíbi reponam hoc tríduo aut quadríduo.
Age ſí benignus: súbueni.

SAGARISTIO.

Qua cónfidentiá rogare argéntum me tantum aúdes,
'Impudens? quin si égomet totus uéneam, uix récipi potis est,
Quód tu me rogás: nam tu aquam a púmice hercle póstulas,
Qui ípsus sitiat.

---

ergo ***R***. quid nunc uiſ ergo *libri* 35. Facere amicum *Camerarius: vacuo spatio praemisso* cum ***BC***, *sine spatio* Cum ***DFZ***. *Praeierat* Facere me potis es *Pius,* Tu tibi me facere potis es *Pylades* 36. mihi denſ ***B***. deſ mihi *reliqui* ſexcentoſ ***F***

37. hoc *Guyetus.* in hoc *libri. Nisi* in triduo aut quadriduo hoc *cum Lachmanno mates* quadriduo ***D***. quatriduo *reliqui, et hinc excerptum Gloss. Plaut.* 38. ſi ***B*** (*uno versu* Quoſ continuo . . . ſubueni *concludens*). ſed ***CD***. ſiſ ***FZ*** 39—42 *sic dispositos* ***B***. *Quos Hermannus in Iahni Annal. phil. nov. t.* XXXV, *p. 193 et 194 ita descripsit, ut rationem nullam haberet* impudens *vocabuli:*

Qua cónfidentiá rogare argéntum tantum a me aúdes?
Quin si égomet totus uéneam, uix récipi possit, quód tu
Rogás: nam tu aquam a púmice nunc póscis, qui ipsus sítiat:

intacta relinquens proxima. Cui descriptioni nescio an haec praestitura sit:

Qua cónfidentiá rogare mé tantum audes, ímpudens?
Quin si égomet totus uéneam, uix récipi potis est quód rogas:
Nam tú aquam a pumice hércle postulás nunc, qui ipsus sítiat.
To. Sícine hoc té mihi? SA. Quíd faciam? To. Mén rogas?

39. confitentia ***BC*** argentum me ***R***. tua me argentum ***B***. tui a me argentum ***Da***. tu a me argentum *reliqui* 40. ueniam ***BD*** potessit *Camerarius* 41. nam] manam ***B*** pimice ***B***. pumici *Guyetus* hercle ***R***. nunc *libri* 42. ſitiat ***DcFZ***.

TOXILVS.

Sícine hoc te mihi fácere?

SAGARISTIO.

Quid faciám?

TOXILVS.

Rogan?

Alicúnde exora mútuom.

SAGARISTIO.

Tu fác idem, quod rogás me.

TOXILVS.

Quaesíui: nusquam répperi.

SAGARISTIO.

Quaeram équidem, si quis crédat.

TOXILVS.

Nempe hábeo in mundo.

SAGARISTIO.

Si íd domi esset míhi, iam pollicérer.

Hoc mĕumst ut faciam sédulo.

TOXILVS.

Quicquíd erit, recipe te ád me.

Quaeró tamen ego item sédulo.

SAGARISTIO.

Si quíd erit, fac sciam.

ſitiare ***CDa***. ſiciare ***B*** ſiccine ***F*** rogan ***Ba****: quod obscurare nolui.* rogan[s] ***Bb***. rogaſ *reliqui.* rogasne *Camerarius* 43. mutuum *libri* 44. *Hunc post v. 46 iterat* ***B*** Que ſiuinuſ quam ***B*** *utroque loco* reppere[i] ***B*** *priore,* reperi[p] *posteriore* 45. habeo ***Z***. abeo ***BCF***. ab eo ***D***. habes *Pius. Vide Rostium Opusc. p. 277 sqq.* mundo? *Bothius* mihi ampollicerer ***BCD*** 46. meumſt ***CDZ***. meunſt ***B***. meum eſt ***F*** quidquid[c] ***D*** recipete admae ***B***. recipite ad me ***CD*** *(sed* amne ***Ca****)* 47. 48 *dubitanter sic scripsi duce Bothio, nisi quod is* iam scies *pro* fac sciam. *Qui hi sunt in* ***B****:*

Quaere tamen ego item ſedulo ſi quid erit iam ut ſciaſ

Obſecro te reſecro operam da hauc mihi fidelem. ab odio moenicaſ

Vbi quere ***C***. SAG. Quaere ***FZ*** iam] faxo iam *Pylades.* faciam

Toxilvs.

'Obsecro
Resecróque te, operam da hánc mihi fidélem.

Sagaristio.

Ah, odio me énicas.

Toxilvs.

Amóris uitio, nón meo nunc tíbi morologus fío.

Sagaristio.

At pól ego aps te concéssero.

Toxilvs.

Iamne ábis? bene ambuláto.
Set récipe te quantúm potest: caue fŭas mi in quaestióne.
Vsque éro domi, dum excóxero lenóni malam rem mágnam.

SATVRIO.

Veterem átque antiquom quaéstum maiorúm meum
Seruo átque obtineo et mágna cum curá colo.

Camerarius Tox. Obſecro ***FZ*** *ante* reſecro *amplius spatium* ***D*** Sag. Ah ***FZ*** me enicaſ ***CDaFZ*** (euecaſ ***Dc***) *De* 'Tox. obsecro. Sag. resecro' *cogitabat Turnebus Advers.* XVIII, *25* 49. uicio ***C*** morolocuſ ***BCDa***
50. a[s]pte ***B***. abſte *reliqui* abis? bene ambulato. Sed *Toxilo continuata Acidalius.* abis? Sa. bene ambulato. To. Sed ***FZ*** *et vacuis spatiis relictis* ***BCD*** 51. recipe te] recipite ***BCDa*** quantum potest ***B***: quantum potes *Guyetus.* quam primum poteſ *libri* fuas] sis *Kampmannus de* IN *praep. p. 19* quaeſcione ***B*** 52. excocxero ***D***. exero ***F*** malam rem magnam ***B***. malam ***B***. malum *reliqui*

Act. I. Scen. 2. SATVRIO PARASITVS ***DbFZ***. *om.* ***BCDa*** 53. maiorum meum *Gruterus.* mali (*h. e.* MAIIORVM) ***B***. malo *reliqui.* meum alimoniae *Camerarius.* quaesitum malo *Bothius* 54. magna cum ***B***, cum magna *reliqui*

Nam númquam quisquam mĕorum maiorúm fuit,
Quin párasitando páuerint uentrís suos.
Patér, auos, proauos, ábauos, atauos, trítauos
Quasi múres semper édere alienúm cibum.
Neque edácitate eos quísquam poterat uíncere:
Neque cógnomentum is dúris fuit capitónibus.
Vnde húnc ego quaestum optíneo et maiorúm lucrum:
Sine mĕo periclo ire áliena ereptúm bona.
Nequé quadruplari mé uolo: neque enim decet,
Neque illí qui faciunt, míhi placent. plauén loquor?
Nam púplicae rei caúsa quicumque íd facit
Magis quám sui quaesti, eum ánimus induci potest
Ciuem ét fidelem esse ét bonum [et frugí uirum].
Set ní legirupam dámnet, det in púplicum

55. maorum ***B*** 56. uertriſ ***B***. uentreſ ***CDZ***. uetreſ ***F*** 57. attauoſ ***F*** oſ *terminationem servant libri constanter* 59. edatitate ***B*** poterat] *exspectes* potuit 60. *Sic* ***R***. Neq; iiſ cognomentum erat duriſ capitonibuſ ***B***. *Vbi* neque hiiſ ***CD***, neque hiſ ***FZ***, Namque iiſ *Pius*, His *Camerarius* — cognomen erat *olim Bothius* — erat *om.* ***CDFZ***. Neque cognomentum erat his d. c. *Bothius nuper. Spectare versiculus ad alicuius Capitonis (Fonteii fortasse) duritiem et in victu continentiam videtur* 61. hunc ego *Camerarius.* ego hunc *libri* queſtum ***C*** optineo *pro* obt. ***BF*** maǒrem ***B***. maiǒrẽ ***C*** lucrum ***R***. locum *libri* 62. 63 *hoc ordine Scaliger: inverso libri* periculo *libri* irę ***D*** alienae reptum ***B***. alienę reptum ***CDa*** planen ***B***. plane *reliqui sine interrogatione* loquar ***C*** *ante corr.* 65 *sqq. parum ſeliciter tractavit Acidalius* puplicae ***C***. publice ***B*** cǎſa ***C*** quicumque ***B***. quicum *reliqui.* qui non *Pylades* 66. eum ***R***. *om. hoc loco libri* haud animus *Pylades* 67. *Sic* ***R***. Eum eſſe ciuem et fidelem et bonum ***BZ*** *et omisso altero* et ***CDF***. Eum et fidelem ciuem esse et uirum bonum *Acidalius* 68. Set ni legirupam damnet ***R***. Sed ſi lege rumpam qui damnet ***B***: *in quo potest etiam* Sed ni iſ *vel* Sed niſi *latere.* ſed lege rumpam quidam ne ***CD***. ſed legirupam quidam ne ***FZ***. sed legirupa qui clam ne *Pius.* sed legirupam quidem ni *Saracenus* det *qua ratione defendi possit, dixi Prol. Trin. p.* CLXXXIII: *alioqui* det is *licebat.* duit

Dimídium. atque est etiam ín ea lege adscríbier:
Vbí quadruplator quoípiam iniexít manum,
Tantídem ille illi rúrsus iniciát manum,
Vt aéqua parti pródeant ad trísuiros.
Si id fíat, ne isti fáxim nusquam appáreant,
Qui hic, né laborent, áliena oppugnánt bona.
Set súmne ego stultus, quí rem curo públicam,
Vbi sínt magistratus, quós curare opórteat?
Nunc húc intro ibo: uísam hesternas réliquias,
Quiérint recte nécne: num is fuerít febris:
Opértaen fuerint, né quis obreptáuerit.
Set áperiuntur aédes: remorandúst gradus.

Acidalius puplicum *pro* publ. **C** 69. atque est etiam *Bothius olim: quo melius nondum inveni.* atque etiam *libri.* potest etiam *'prisca exemplaria' Pii.* atque aequum etiam *Acidalius. Non placet* atque aequomst in ea *libri.* in eam (*et* legem) *Dousa.* mea *Gruterus.* iubeat (*an* iubeas?) *Lambinus simul* legi *scribens* adſcribier **BDFZ.** adſcribere, *sed e corr.* or, **C**. adscribitor *Dousa: quod qui probabit, non incommode* Dimidium. atque etiam una in ea l. a. *scribet.* adscribere est *Bothius nuper* 70. quoipiam *Acidalius.* quempiam *libri. Adscriptum erat ab interprete* in quempiam iniexit *Camerarius.* inlexi *libri.* inlexit *Scutarius.* iniecit *Pius* 71. initiat **BCDb**. itiat **Da**. iniiciat **FZ** 72. Vt **BDFZ**. et **C**. Vbi *vitium Gronovianae* triſuiroſ **BCD**. triſ uiroſ **FZ** 73. faxim nusquam *Pylades: prob. Madvigius Opusc. II, p. 79.* faxī uſquam **Z**. faximuſ quam *reliqui, nisi quod* ^{c}faximuſ **B** 74. hic ne laborent **R**: *nisi sine* hic *scribere* ni (*h. e.* ne) laborent *malueris.* hic albo rete *libri: in quo explicando frustra desudatum est.* hic albo in pariete *Saracenus et sine* in *Pylades.* hic albod ariete *Acidalius.* hic salua re sua *Bernaysius* 75. ſumme **C** 76. ſint **BCDF**. ſunt **Z** 78. Quierint recte *Dousa Explan. IV, 8:* Quieuerint recte *Camerarius.* Quieuenerint nerecte **BCD**. Qui euenerint recte **FZ** nec ne *scribebatur* is (*h.* e. eis) fuerit **R**. inſuerit *libri.* fuerit *Bothius.* iniitne *Palmerius p. 875* te *addens post* febris 79. Opertaene *Pylades.* Oportene *libri* fueritt **B** remoranduſ eſt **BCDZ**. remoranduſ mihi eſt **F** graduſ toxiuſ faturio **B**

T O X I L V S. S A T V R I O.

T o x i l v s.

Omném rem inueni, ut sŭa sibi pecúnia
Hodie íllam faciat léno libertám suam.
Set eccúm parasitum, quŏius mihi auxiliόst opus.
Simulábo quasi non uídeam: ita alliciám uirum.
Curáte istic uos átque adproperate ócius,
Ne míhi morae sit quícquam, ubi ego intro aduénero.
Commísce mulsum: strúthea, colutea áppara,
Bene ut ín scutris concáleant: et calamum ínice.
Iam pól ille hic aderit, crédo, congerró meus.

Act. I. Scen. 3. TOXIVS SERVVS. SATVRIO. PARASITVS **Db** *et, nisi quod* Toxiluſ, **FZ** 81. *fort.* sua sibi ut peccunia **C** 82. illam *an* illum *in* **B** *sit, non satis liquet* libertatem **F** 83. quoiuſ mihi **B**. cuiuſ mihi **FZ**. quo mihi iuſ **CD** eſt *libri* 84. alliciam *Camerarius.* allictam **B**. allietam **CD**. elliciam **Z**. eliciaſ **F** uirum *Camerarius.* uerum *libri* 85. adque **C** adpropera^{te} **B** ocyus *Camerarius.* oculuſ *libri* 86. ubiggo intro **B** 87 *sq. Huc spectare Plinius videtur N. H. XIV, 13, § 15 (92):* 'Lautissima apud priscos uina erant murrae odore condita, ut apparet in Plauti fabula quae Persa inscribitur: quamquam in ea et calamum addi iubet.' *Vnde* murram *pro* mulsum *placebat Acidalio,* myrrhina *pro* appara *Palmerio p. 876* struthea, colutea *(a κολυτέα)* **R**. ſtruthea coluthequam **BCD**. ſtruthea colutheaque **FZ**. ſtruthea, coluthea ; aquam *codd. Lambini.* strutheaque lutea *Salmasius.* Struthe acoluthe *(h. e. Στρουῦθε ἀκόλουθε) Scaliger: alque* Acoluthe *voluerat etiam Palmerius* 88. scutris *Camerarius.* ſtutriſ **BC**. ſtrutriſ **DF**. ſtrutheiſ **Z** concaleant *Acidalius.* concaleat *libri* calamum] calam *Scaliger* iniice **FZ**. nice **BCD** 89. *Hunc protulit Varro de l. l. VII, 55 et inde ab* hic *Nonius p. 118, hic quidem sine nomine fabulae, de qua re ab Wulfio Observ. crit. in loc. nonn. script. utr. ling. (Lugd. Bat. a. 1849) disputata occuparat Gulielmus. Ceterum addit Nonius:* 'ut conlusor meus, qui easdem exerceat nugas' pollllehic **B**. pol hic *sine* ille *Bentleius in Adelph. II, 4, 1, casu*

SATVRIO.

Me dícit: euge.

TOXILVS.

Laútum credo e bálineis

Iam hic ádfuturum.

SATVRIO.

Vt órdine omnem rém tenet.

TOXILVS.

Collýrae facite ut mádeant et colýphia:
Incócta ne mihi détis.

SATVRIO.

Rem loquitúr meram:
Nimió sunt crudae, nísi quas madidas glúttias.
Tum stét cremore crásso ius collýricum;
Nihilíst macrum illut épicrocum pellúcidum:
Quasí sisuram esse iús decet collýricum.
Nolo ín uesicam quód eat, in uentrém uolo.

---

puto aderot **Da** congero **CDZ** 90. eugae **B** crodo **B** e baliueis **R**. ebalieneiſ **B**. abalieneiſ **CD**. a balineiſ **Z**. ſi ab alieniſ **F** 91. iam hic] *post rasuram* iam (*sine* hic) **C** ut] ut in **B** reatenet **B** 92. Collyrae *Aldina*. Collirae **B**. Collire **CD**. Collorę **Z**. Tollite **F** madeant] faciant **Da** colyphia **B**. coliphia **CDF**. colliphia **Z** 93. Incocta ne mihi *Bothius*. Ne mihi incocta *libri, nisi quod* incoita **F**. Ne mi haec incocta *Camerarius* SA. *om.* **BCDF** *sine spatio* loquitur meram *Camerarius*. loquitumeram **B**. loqui tum eram **CDF**. loquitur neram **Z** 94. Nimio **R**: Nimis *Guyetus*. Nihil *libri*. Nihili *Pius* crude **B** q^{v}iaſ **B** glutiaſ **Z** 95. stet cremore crasso ius *Guyetus*. niſi cremore craſſo ſotiuſ *libri*, *nisi quod* creſſo **B**, ſociaſ **FZ**: *in quibus latet* niſi cremore craſſo ſtet iuſ colliricum *libri* 96. Nihili est *Scaliger*, *Guyetus*. Nihil eſt *libri* magrum **BCDF** epigrocum pellucidum **BCD**. epigro: cum pellucidum **F**. epigro compellucidum **Z** 97. sisuram esse ius **R**: *nisi qui* sisurnam *malet*. iure ameſſe iuſ **B**. iure amaſſe uiſ **C**. iure ęe ameſſe muſ **D**. iure ameſſe uiſ **F**. iure ſe ameſſe uiſ **Z**. iuream esse ius *Camerarius*: *quod explicare frustra cum aliis Turnebus Advers. IV, 1 studuit* colliricum **BCDZ** 98. in] In **B** *teste Pareo, quod ego non notavi* ueſſicam **F**

TOXILVS.

Prope me híc nescio quis lóquitur.

SATVRIO.

O mi Iúppiter,
Terréstris coepulónus te adpellát tuus.

TOXILVS.

O Sáturio, opportúne aduenisti mihi.

SATVRIO.

Mendácium edepol dícis, atque ıd haú decet:
Nam essúrio uenio, nón aduenio sáturio.

TOXILVS.

At edés: nam iam intus uéntris fumant fócula.
Calefíeri iussi réliquias.

SATVRIO.

Pernám quidem
Meliúst adponi frígidam postrídie.

TOXILVS.

Ita fíeri iussi.

SATVRIO.

Écquid hallecist?

TOXILVS.

Váh, rogas?

---

99. Tox.] Sat. ***F*** qui *Charisius haec afferens p. 191* Sa. *om.* ***F*** 100. Terrester *Bothius* coepulonus te adpellat tuus ***R***. te coepulonuſ compellat tuus *libri, nisi quod* coepulanuſ ***Ca***, compellatiuuſ ***CDaFZ***, *pro quo* '*alibi legi* copulatiuuſ' *Pius scribit.* te coepulo compellat tuus *Guyetus et teste Schneidero gramm. lat. I, p. 744 Reizius* 101. opportue (n) ***B***. oportune ***CD*** 102. Mendatium ***BC*** atque id hau ***R***. atque haud te *libri: unde noli* atque hau te id *efficere* 103. eſſurio ***B***. eſurio *reliqui* 104. edeſ ***DcZ***. aedeſ ***F***, *Nonius hunc v. afferens p. 10.* ediſ ***BCDa*** edes iam: nam *Pylades non inepte* ueneriſ ***BC*** 105. tale fieri ***DaF*** Sat. *Aldina. om.* ***FZ*** Toxilo *continuantes* 106. Meliust ***R***. Iuſ eſt ***BCDZ***. Iuſſi ***F*** apponi ***DFZ*** figidam ***F*** 107. To. *Aldina. om.* ***FZ*** ecquid *pro pyrrhichio est: alioqui* Ecquiduam *scribendum* hallecist ***R***. halleciſ ***Dc***. hallegiſ ***BCDa***. halle giſ ***F***. hal legiſ ***Z*** uaçh ***D***

SATVRIO.

Sapis múltum ad genium.

TOXILVS.

Sét ecquid nam meminísti, here
Qua dé re ego tecum méntionem féceram?

SATVRIO.

Memini: út muraena et cónger ne calefícerent:
Nam nímio melius óppectuntur frígida.
Set quíd cessamus proélium commíttere?
Dum máuest, omnis ésse mortalís decet.

TOXILVS.

Nimis paéne manest.

SATVRIO.

Máne quod tu occéperis
Negótium agere, id tótum procedít diem.

TOXILVS.

Quaeso ánimum aduorte hoc: nám heri narrauí tibi
Tecúmque oraui, ut númmos sescentós mihi
Darés utendos mútuos.

SATVRIO.

Memini ét scio,
Et té me orare et míhi non esse quód darem.
Nihilí parasitus ést, argentum quoi domist:

---

108. hecquid ***B***. haec quid ***C***. hecquid ***D*** nam meminiſti ***R***. meminiſti *libri*. meministi tu *Bothius* here ***BDFZ***, *item Glossarium Plautinum*. ere ***C***. *Pro quo consulto non reposui* heri 109. tecum *sup. scr.* ***D*** *m. pr.* 110. murena ***BC*** gonger *Priscianus hunc v. afferens VI, p. 692 (I, p. 241 Kr.)* nec ***BCDF*** 111. oppetuntur ***FZ***. opperiuntur ***Dc*** 112. ‚pelium ***Da***, ‚pelium ***Db*** 113. mane eſt omniſ *libri* 114 paene *pro* pene ***C*** maneſt *omnes* 116 Queſo ***C*** aduerte ***C*** huc *Bothius* nam heri ***R***. iam heri ***B***. enim iam heri *reliqui* narra ut ***B***. narrauit ***CDa*** 117. numoſ ***Da*** ſeſcento ***B***. ſexcentoſ ***DcF*** 118. Dare ***B*** utendoſ ***D*** *ante ras.* 119. meoorare ***B*** darum ***B*** 120. Nihil ***B*** argentum quoi ***R***. cui argentum *libri* domist *Pylades*. domideſte ***B***. domi idē ***CD***. domi id eſt ***FZ*** parasitust, quoi

Lubído extemplo coéperest conuíuium,
Tubúrcinari dé suo, si quíd domist.
Cynicum ésse egentem opórtet parasitúm probe:
Ampúllam, strigilem, scáphium, soccos, pállium,
Marsúppium habeat: ínibi paullum praésidi,
Qui fámiliarem sŭam uitam oblectét modo.

TOXILVS.

Iam nólo argentum: fíliam utendám tuam
Mihi dá.

SATVRIO.

Numquam edepol quoíquam etiam utendám dedi.

TOXILVS.

Non ád istuc, quod tu insímulas.

SATVRIO.

Quid eam uís?

TOXILVS.

Scies:
Quia fórma lepida et líberalist.

SATVRIO.

Rés itast.

---

quidem argentum domi est *Bothius* 121. coepereſt ***BD***. copereſt ***C***. coepere eſt ***FZ***, *codd. Pyladis* 122. Tuburcinari ***FZ***, *Nonius hunc v. afferens p. 179.* Turbucinari ***BD***. turbiciãnari ***C*** domi eſt *libri*. domi ſit *Nonius* 123. ciuicũ ***C*** egentem ***DFZ***. gentem ***BC*** paraſitciſ ***B*** *h. e. ut videtur* paraſiteiſ: *unde talem versus speciem placuisse alicui correctori conicias* Cynicam esse gentem oportet parasiteis probeis. *Pro quo Acidalius* Cynica esse gente op. parasitum probum, *Gulielmus autem* Cynicam esse gentem op. parasitûm probe 124. ſcaſium ***D*** 125. Marſuppium ***C***. Marſupium ***DFZ***. Marſipium ***B*** habiat ***B*** inibi] mihi ***F*** paullum ***B***. paullum ***C***. paullum ***D***. paulum ***FZ*** praeſidii *libri* 126. uitam suam *Bothius* obiectet ***Dc*** modo] domi *Gulielmus* 127. nolo] modo ***F*** 128. numquaam ***B*** cuiquam *libri* utendam dedi ***FZ***. uendaadedi ***BC***. uendam adedi ***D*** 129. iſtuc ***BC***. iſtoc ***DFZ*** inſimulaſ ***F***, *Pius*, *Saracenus*. inſtimulaſ *reliqui*, *nisi quod* inſtimula ***Ba*** eam uiſ ***FZ***. eamuſ ***BCD*** 130. libirali ***B*** eſt *libri* SA. *om.* ***F*** itaſt *omnes*

TOXILVS.

Hic léno neque te nóuit neque gnatám tuam?

SATVRIO.

Me ut quísquam norit, nísi ille qui praebét cibum.

TOXILVS.

Si itást, hoc tu mihi réperire argentúm potes.

SATVRIO.

Cupio hércle.

TOXILVS.

Tum tu mé sine illam uéndere.

SATVRIO.

Tun' íllam uendas?

TOXILVS.

'Immo alium adlegáuero
Qui uéndat, qui esse sé peregrinum praédicet.
* * * * * * *
Sicút istic leno hau dúm sex mensis Mégaribus
Huc ést quom commigráuit.

SATVRIO.

Pereunt réliquiae:
Postérius istuc támen potest.

TOXILVS.

Scin quám potest?
Numquam hércle, ne sis frústra, tu hodie hic príus edes,
Quam te hóc facturum, quód rogo, adfirmás mihi:

---

131. To. *om.* ***F*** tuam? ***R****: sine interrogatione vulgo*
133. Si itast ***R***. Ita eſt *libri* repperire ***Z*** 134. uedere ***B***
135. allegauero ***F*** 136. uedat ***B*** pergrinum ***B*** predicet ***B*** *Post hunc v. quaedam interciderint oportet*
137. Sicut iſtic *libri, nisi quod* iſtuc ***D***. Siquidem hic *Camerarius, qui debebat saltem* Siquidem istic hau dum ***R***. nondum *libri* menſeſ *libri* 138. eſt cum ***BCD****, codd. Pyladis. om.* ***FZ*** reliquie ***C***. reliquae ***Z*** 139. iſtuc ***Db*** *in margine. om.* ***Da*** tamen istuc *Guyetus* 140. *Sic* ***R***. Numquam hercle hodie hic priuſ ſediſ ne fruſtra ſiſ ***BCD*** *et* ediſ *pro* ſediſ *substituto* ***FZ***. *Vbi* prius hic *et cum Acidalio* sies *Guyetus,*

Atqué nisi gnatam técum huc iam quantúm potest
Addúcis, exigam hércle ego te ex hac décuria.
Quid núnc? quid est? quin dícis quid factúrus sis?

SATVRIO.

Quaeso hércle me quoque étiam uendas, sí lubet,
Dum sáturum uendas.

TOXILVS.

Hóc, si factúru's, face.

SATVRIO.

Faciam équidem quae uis.

TOXILVS.

Béne facis. propere ábi domum:
Praemónstra docte, praécipe astu fíliae,
Quid fábuletur: úbi se natam praédicet,
Qui síbi parentes fúerint, unde súrpta sit.
Set lónge ab Athenis ésse se gnatam aútumet:
Et ut ádfleat, quom ea mémoret.

SATVRIO.

Etiam tú taces?
Ter tánto peior ípsast, quam illam tu ésse uis.

TOXILVS.

Lepide hércle dicis. sét scin quid faciás? cape
Tunicam átque zonam, et chlámydem adferto et caúsiam,

---

edes *Bothius* 142. Atq;^uo **B** quantua **B**. quam tua **CD** *Praestat fortasse* Atque huc nisi gnatam tecum iam exigaſ **D** 144. quid eſt] quidem **F** sis] es **F** 145. Queſo **BC** quoque etiam **DFZ**. quoque utiam **C**. quuque^eiam **B**, *sed ut*, eiam *an* esam *scriptum sit, non liqueat* uendeſ **B** si lubet *Pytades*. elubet **BCDa** lubet **DcFZ** 146. uedaſ **B** To.] *spatium radendo ortum* **B** facturus *edebatur* 147. Sa.] To. **Db** ſaciẽ **C** To.] Sa. **Db** donum **B** 150. patenteſ **F** fuerunt **D** u^nde **B** surpta *Acidalius, Brixius Qu. pros. p. 23.* ſurrupta **BCDZ**. ſubrepta **F** 151. eſſe natam autumat **F** 152. adflet *Bentleius in Hor. art. poet. 101, inconsulto* cum *libri* Sa.] To. **Db** 153. ipſa eſt *libri* 154. quid **Dc**, *Aldina*. qui *reliqui* capae **B** 155. clamidem **CD** afferto **DFZ** causiam *Pius:* causeam *Sara-*

Quam ille hábeat qui hanc lenóni huic uendat.

S A T V R I O.

Eú, probe.

T O X I L V S.

Quasi sít peregrinus.

S A T V R I O.

Laúdo.

T O X I L V S.

Tum gnatám tuam
Ornátam adduce lépide in peregrinúm modum.

S A T V R I O.

Πόθεν órnamenta?

T O X I L V S.

'Abs chorago súmito.
Dare débet: praebenda aédiles locáuerunt.

S A T V R I O.

Iam fáxo hic aderunt. sét ego nihil horúnc scio.

T O X I L V S.

Nihil hércle uero. nam úbi ego argentum accépero,
Contínuo tu illam a lénone adseritó manu.

S A T V R I O.

Sibi hábeat, si non éxtemplo ab eo abdúxero.

---

cenus. camſem **B**. cauſē **CDF**. cauſam **Z** 156. hanc] habeant **F** eu **BCD**, *Handius Turs. III, p. 66*. eu **F**. heu **Z** 157. To. *om.* **F** perregrinuſ **B** Sa. *om.* **F** tum gnatam tuam *Bothius*. et tu tuam gnatam tamen *libri*. et tu gnatam tuam *coni. Camerarius*. et tu tuam gnatam item *Acidalius* 158 peregrinuſ **B** 159. Sa. *om.* **F** *ΠΟΘΕΝ* ornamenta **Z**. *Πο*Єnornamenta **B**. *ΠΟΘ*ϵ ornamenta **D**. *Πoe* ornamenta **C**. tot ornamenta **F**. Sed *πόθεν* ornamenta *Pylades* To. *om.* **F** Abſ chorago **Z**. Ahſ horago **B**. Abſ (h) coragro **CD**. abſtoragro **F** 160 locauerunt **B**. locauer̃ **CD**. locauere **FZ**. *Cf Rostium Opusc. p. 41 sq.* 161. ader̃ **C** nihil hornuc (*sic*) **B** horunc nihil **CD**. horum nihil **FZ**. horunce nihil *Bothius olim* 162. accipero **C** 163. a lenone **FZ**. alenon **B**. ale non **CD** 164. habeat] haat **B** 165. To. *om.* **F** cura: interibi *Acidalius*. curam metibi **B**. curā Me tibi **CD**. cura (*nec quidquam amplius*)

TOXILVS.

Abi ét istuc cura. intéribi ego ad amicám meam
Volo púerum mittere, út habeat animúm bonum,
Me esse éffecturum hoc hódie. nimis longúm loquor.

FZ. me tibi *etiam codd. Pyladis* ego ad amicam meam || Volo puerum mittere ***R***. ego puerum uolo || Mittere ad aincam mam ***B***: *eodemque ordine reliqui, quorum* ***C*** matere, ***Da*** mitte, ***Db*** mitte (ere), *omnes* amicam meam 167. Med *Bothius* hoc *Guyetus. om. libri. Nisi cum Lachmanno males* Me id esse *ab initio* loquor ſophoclidiſca ***B***

ACTVS II.

SOPHOCLIDISCA. LEMNISELENIS.

SOPHOCLIDISCA.

Satiús fuit indoctae, ínmemori, insipiénti dicere tótiens.
Nimis tándem me quidem pró barda et blenná reor habitam esse áps te.
Quamquam égo uinum bibo, mándata hau consuéui simul bibere úna.
Me quídem iam sat tibi spéctatam censébam esse et meos móres.

Act. II. Scen. I. SOPHOCLIDISCA ANCILLA ***Db.*** Sophoclidiſca anuſ. Lemniſſelene ancilla ***F.*** Sophoclidiſca lena. Lĕneſcelene ancilla ***Z*** *Tota scena dubitari nequit quin anapaesticis numeris scripta sit. Septenarios sic ut nos* ***A*** *describit: item* ***B****, nisi quod pro versibus 170. 171 tres hos exhibet* Quamquam . . . . ſimul, Bibere . . . . pectatam, Cenſueram . . . . moreſ 168. Satius *Bothius.* Satiſ *libri cum* ***A*** inmemori *pro* imm. ***C*** indotae ***BC.*** indote ***D*** inſienti ***B*** 169. blenna *exempli caussa* ***R****: pro quo tamen aliud indagandum.* pro ruſtica *libri cum* ***A****, item hunc v. afferens Nonius p. 10: veteri glossemate.* rustica *sine* pro *Bothius trochaicum describens* apſ *pro* abs ***B*** 170. mandata haut ***R*** *Proteg. Trin. p.* CXLVII. ad mandata non ***BCDZ*** *et* et *pro* ad *substituens* ***F.*** *Vbi* at *pro* ad *inde a Scutario editum* conſue ***B*** dibere ***C*** UNA || MEQUIDEM ***A****, Gruterus.* unam equidem *reliqui. Cf. Proteg. Trin. p.* LXXVII sat ***R.*** ſatiſ *libri cum* ***A*** TIBISPECTATAM ***A,F.*** biſ pectatam ***BCDa.*** tibi biſ ſpectatam ***Z.*** inſpectatam ***Dc*** CENSEBAM ***A,*** cenſueram *re-*

Nam equidém te iam sectór quintum hunc annum: ínterea iam, crédo,
Cucus si ín ludum iret, pótuisset fieri út probe litteras sciret,
Quom meum íngenium fans átque infans tu nóndum etiam edidicísti.
Potin' út taceas? potin né moneas?
Memini ét scio et calleo et cómmemini.
Amas pól misera: id tuus scátet animus:
Ego istúc pelagus tibi sít faciam.

LEMNISELENIS.

Miser ést qui amat.

SOPHOCLIDISCA.

Certo is quĭdem nihilist,
Qui níl amat. quid ei homini ópus uitast?

---

liqui 172. IAMTE **A**. te^iam **D** quin tū **Z** interea iam **R**. quom interiam **B**. cum interiam **CDF** *cum* **A**. (int~ iam **D**). cum interim **Z**. cum iuterea iam *Camerarius*. cum *inrepsit e v. 174* 173. Cucus *Gruterus:* cuculus *Saraceni editio*. Cuiſ **B**. cuiuſ **CDFZ**. QUI• (QUIS *ut puto*) **A**. canis *Pius* ire **F** fieri **R**. iam fieri *libri cum* **A** litteras *aut* littras *pronuntiandum, aut fortasse* γράμματα *scriptum a poeta* 174. Quom **R**. Quom interim **B**. QUUMINTERIM **A**. cum interim *reliqui*. interim *inrepsit e v. 172* meum ingenium fans atque infans tu nondum etiam edidicisti **R** *paullo rectius quam Prol. Trin. p.* CXXIX. TUMEUMINGENIUMFANSATQ·INFANSNONDUMETIAMEDIDICISTI **A**. tu meum ingenium fauſ non edi diciſti atque infiſ **B**: *eodemque ordine reliqui, nisi quod pro* tu meum] eum **CD**, meum **F** — ẹdidiciſti **CZ** — infanſ *omnes* 175—180 *dimetros sic, remotioribus initiis, describit* **A**. *Quos quattuor longis ita comprehendit* **B**: Potin . . . . commemini, Amaſ . . . . placidum, Tibi . . . . qui amat, So. Certo . . . . uita eſt. *Ceterum asperiores numeros ne morare* 176. callea **B** 177. caret *Palmerius p. 876* 178. PELAGUS **A**. placidum *reliqui* tibi **R**. tibi ut *libri cum* **A** 179. Len. **FZ**. *om. reliqui sine spatio* So. **BDFZ** NIHILIEST **A**, *Camerarius*. nihil eſt *reliqui* 180. opaſ (v) **B** uita eſt *libri cum* **A** uita certe quidē iſtuc nil eſt qn (i) *ascriptum in* **Bb** *marg.*

Iré decet me, ut erae obnóxia fuam, mea líbera ope ocius
út sit.
Conuéniam hunc Toxilum et ĕius aureis, quae súnt mandata, onerábo.

TOXILVS. PAEGNIVM. SOPHOCLIDISCA.

TOXILVS.
Sátin' haec tibi súnt pléna et certa? sátin' haec meministi ét tenes?
PAEGNIVM.
Mélius quam tu qui docuisti.
TOXILVS.
Ain uéro, uerbereúm caput?
PAEGNIVM.
'Aio enimuero.
TOXILVS.
Quíd ego dixi?
PAEGNIVM.
Ego récte aput illam díxero.

---

181. UTERAE **A**. ut ere **B**. ere **CD**. hereͅ **FZ** obnoxia fuam **R**. OPSEQUENSFIAM **A**: *item* **B**, *nisi quod* i *litteram e corr. habet*. obſequenſ filiam **CDF**. obſequeuſ. filia **Z** mea libera ope **R**. LIBERAOPERA **A**. libera mea opera *reliqui, nisi quod* liberã ea **D** otiuſ **C** 182. et **R**. *om. libri cum* **A** AUREIS **A**. auriſ *reliqui* qui **F** sunt mandata **R**. mandata ſunt (ſ̄ **B**) *libri cum* **A** Toxiluſ paegnium ſophoc lidiſca (*sic*) *in singulari versu subicit* **B**

Act. II. Scen. 2. TOXILUS PEGNIUM SOPHOCLIDISCA **A**. TOXILVS SERVVS. PECNIVM PVER. SOPHOCLIꝺꝗ **Db**: *item, nisi quod* Pegnium *et* Sophoclidiſcha, **Z**. Toxiluſ. Pegnium puer. Sophoclidiſca **F** 183. plana **Z**. plane *reliqui* hec **B** 184. TU **A**, *Guyetus. om. reliqui* uerberum **F** 185. quid ego **R** *Proleg. Trin. p.* CXXVII. quid ergo *libri cum* **A**. ergo quid

TOXILVS.

Nóu edepol scis.

PAEGNIVM.

Da hércle pignus, ní memini omnia ét scio.

TOXILVS.

Équidem, si scis túte, quot hodie hábeas digitos in manu,
Égon dem pignus técum?

PAEGNIVM.

Audacter, sí lubidost pérdere.

TOXILVS.

Bóna pax sit potiús.

PAEGNIVM.

Tum tu igitur síne me ire.

TOXILVS.

Et iubeo ét sino.
Sét te uolo curáre, ut domi sis, quom égo te esse illi céuseam.

PAEGNIVM.

Fáciam.

TOXILVS.

Quo ergo núnc is?

Reizius dixiero ***B*** 186. pugniſ ***F*** ni memini omnia *Reizius.* ni omnia memini *libri, nisi quod* niomia m. ***B***, ĩ omnia m. ***Z*** 187. Si quidem scis *Guyetus* tute]tu *Kampmannus de* IN *praep. p. 12* quod ***BCD*** HODIKHABEAS ***A***. habeaſ hodie *reliqui* 188. Egon dem pignus ***R*** *Prol. Trin. p.* *LXXVIII.* EGONO•••GNUS ***A***. Eoondem pignuſ ***B***. eodem pignuſ *reliqui, nisi quod* pugnuſ ***F***. Eo dem p. *Camerarius.* Ego dem p. *Lambinus* aucdacter ***B*** lubidoſ eſt ***BCD***. lubido eſt ***Z*** *et ut videtur* ***A***. lubido ***F*** prodere ***F*** 189. ire et *sine spatio* ***BCD*** iubebo ***C*** 190. Set te uolo ***R***. Sed ita uolo te *libri* (Sedi tauolo te ***B***), *nisi quod in* ***A*** *haec apparuerunt:* •••••URCLOTE, *quae non expedio* cum *libri cum* ***A*** illi ***CDZ***. illic ***BF*** 191. *Hunc miro modo duobus versiculis* ***A*** *dispescit, sic scriptis remotiore initio:*

FACIAM QUOERGOISNUNC DOMUMUTI
DOMISIMQU•MILLICENSEAS

P A E G N I V M.

Domum: uti dómi sim, quom illi cénseas.

T O X I L V S.

Scélus tu pueri's: átque ob istanc rem ego áliqui te pecúliabo.

P A E G N I V M.

Scío fide hercle eríli ut soleat ínpudicitia ópprobrari,
Néc subigi queántur umquam, ut pro ĕa fide habeant iúdicem.

T O X I L V S.

'Abi modo.

P A E G N I V M.

Ego laudábis faxo.

T O X I L V S.

Sét tu has tabulas, Paégnium,
'Ipsi Lemniseléni fac des, ét quae iussi núntiato.

S O P H O C L I D I S C A.

Césso ire ego, quo míssa sum?

P A E G N I V M.

Éo ego.

T O X I L V S.

I sane: égo domum ibo. fáce rem hanc cum curá geras.

---

nunc is *R*. iſ nunc *libri* cum *libri praeter A* illic *F* 192. pueri eſ *BCD cum A*. puer eſ *FZ* abque *Da* ISTANC *A*, *B*. iſtam *reliqui* ALIQUI *A*, *Dousa*. aliquid *reliqui* 193. FIDE *A*. fidei *reliqui* hercle erili *BCD*. hercle herili *FZ*. HERCLE • • ERILI *A*. *An fuit* HERCLESERUILI *in A*? INPUDICITIA *A*. impudicicia (*vel* ĩpud.) *reliqui*, *nisi quod* t *pro* c *Z* OPPROBRARI *A*. op(p)robari *B*. opprobari *reliqui* 194. Hec *B*. NI *A* ſubiici *F* queant *FZ* ũquam *om*. *Da*, *sup*. *scr*. *Db* pro fido *Bothius* indicem *Pistoris: quo non tollitur obscuritas sententiae* 195. ego *Acidalius*. ergo *libri* tu has tabulas *R Proleg. Trin. p.* CXXXVI. haſ tabellaſ *libri* 196. lemniſeleni *B*. lemniſſeleni *C*. lemniſſe leni *D*. lemniſſe lenę *Z*. lemniſſelene *F*. Lemniſelenae *Camerarius*. *Vide praefationem* 197. *Dimetrum descripsit Camerarius: superiori continuat B* 198. ſanego *B* facerẽ *Z*. fac rem *F* cura *F*. curaſ *reliqui*

Vóla curriculo.

PAEGNIVM.

Istúc marinus pásser per circúm solet.
Illic hinc abiit íntro huc. set quis haéc est, quae me aduórsum incedit?

SOPHOCLIDISCA.

Paégnium hic quidemst.

PAEGNIVM.

Sóphoclidisca haec ést peculiáris eius,
Quo ego sum missus.

SOPHOCLIDISCA.

Núllus puero hoc péior esse hodié perhibetur.
Cómpellabo.

PAEGNIVM.

Cómmorandumst iám mihi aput hanc óbicem.

SOPHOCLIDISCA.

Paégnium, deliciae pueri, sálue. quid agis? út uales?

PAEGNIVM.

Sóphoclidisca, dí me amabunt.

SOPHOCLIDISCA.

Quíd me?

PAEGNIVM.

Vtrum te, hercle haúscio:

---

199. marrinuſ ***B*** 200. Illic hinc abiit ***R***. Illie habiit hinc ***B***. Illic abiit hinc *reliqui*. Abiit hinc *Gugetus*. Ille hinc abiit *Bothius* hunc ***C*** hec eſt quae mae duor ſum ***B*** est *om. Camerarius* 201. Pegnium ***CD***: *item v. 204* eſt *libri* ſophodicliſca ***D*** est peculiaris *Bothius*. peculiariſ eſt *libri, nisi quod* peculariſ ***Z*** 202. miſſum ***B*** puero hoc peior esse hodie ***R***. eſſe hodie hoc puero peior *libri, nisi quod* peribetur ***BD*** 203. commoranduſt ***BCDZ*** commemorandumſt ***F*** iam mihi ***R***. *om. libri* hana ***B*** obicem *Pius: idemque post coni. Camerarius*. obieci *libri* 204. Penignum deliciet pueriſ ***B*** 205. Sophodicliſca ***D*** abunt ***Da***. abunt (ma) ***Db*** me? Pa. utrum te, hercle hauscio ***R***. me? (*spat.*) utrum? P. hercle ***B***. me utrum hercle ***CD***. me utrum? Pe. hercle ***FZ***. me? utrum? Pa. hercle nescio *Camerarius*, nescio *sumens a Pylade*

Sét si, ut digna's, fáciant, odio hercle hábeant et faciánt male.

SOPHOCLIDISCA.

Mítte male loquí.

PAEGNIVM.

Quom ut digna's díco, bene, non mále loquor.

SOPHOCLIDISCA.

Quíd agis?

PAEGNIVM.

Feminám scelestam te ástans contra cóntuor.

SOPHOCLIDISCA.

Cérte equidem puerúm peiorem quám te noui néminem.

PAEGNIVM.

Quíd male facio aut quoí male dico?

SOPHOCLIDISCA.

Quoí pol cumque occásiost.

PAEGNIVM.

Némo homo umquam ita árbitratust.

SOPHOCLIDISCA.

'At pol multi esse íta sciunt.

PAEGNIVM.

Héia.

SOPHOCLIDISCA.

Heia.

PAEGNIVM.

Túo ex ingenio móres alienós probas.

SOPHOCLIDISCA.

Fáteor ego profécto me esse, ut décet lenonis fámiliae.

---

206. Sed *om.* ***FZ*** dignaſ ***BCD***. digna eſ ***FZ*** facciant ***B*** malae ***B*** 207. quom *pro* cum ***B*** dignaſ ***BCD***. digna eſ ***FZ*** 208. foeminam ***Z*** ſceleſtamteaſtan ***B*** 209 quante ***B*** 210. male facio ***B***. mali facio *reliqui* quoi *pro* cui ***B*** eſt *libri* 211 eſt *libri* 212. Heia. So. Beia ***B*** *et sine personae nota* ***C***. Eya. So. Beya ***F***. *Non recte* Héia — Heiá *Lachmannus in Lucr. p. 164, contra quem iam dixeram Prol. Trin. p. cxc* 213. ego *Camerarius.* ergo *libri de* profécto esse út decét *noli cogitare*

PAEGNIVM.

Sátis iam dictum habeó.

SOPHOCLIDISCA.

Set quid tu? cónfitere, ut te aútumo?

PAEGNIVM.

Fátear, si ita sim.

SOPHOCLIDISCA.

Iam ábi: uicisti.

PAEGNIVM.

Abi núncïam.

SOPHOCLIDISCA.

Ergo hoc mi éxpedi,

Quó agis te?

PAEGNIVM.

Quo tú?

SOPHOCLIDISCA.

Dic tu: priór rogaui.

PAEGNIVM.

At póst scies.

SOPHOCLIDISCA.

Éo ego hinc haut longe.

PAEGNIVM.

Ét quidem ego eo haut lónge.

SOPHOCLIDISCA.

Quo ergo tu is, scelus?

---

214. autumno ***D*** 215. Faciar ***B*** nuncïam *iunctim scribendum esse significatum est Musei nostri t. VIII, p. 546* 216. agis te ***R***. agiſ ***B***. aiſ ***CDa***. a[b]iſ ***Dc***. iſ ***FZ***. te agis *Guyetus* post] posterior *Acidalius, non male* *Ceterum haud paullo lenioribus numeris talis versus fluat:* Quó agis te? Quo tú? Dic tute. Prior rogaui. At póst scies 217. Ego eo ***F*** aud ***B*** equidem ***F*** ego eo ***R***. ego *libri* ergo tu is scelus ***R***. ergo ſceluſ *sic cum spatio* ***BCD***, *nisi quod* ego ***B***. ergo ſceluſ ***FZ***. *Absque spatio illo esset, praefer-*

PAEGNIVM.

Ní sciero prius éx te, tu ex me númquam ~~hoc~~, quod rogitás, scies.

SOPHOCLIDISCA.

Númquam ecastor hódie scibis, príusquam ego ex te audíuero.

PAEGNIVM.

'Itanest?

SOPHOCLIDISCA.

'Itanest?

PAEGNIVM.

Mála's.

SOPHOCLIDISCA.

Scelestu's.

PAEGNIVM.

Décet me.

SOPHOCLIDISCA.

Me quidem item áddecet.

PAEGNIVM.

Quid ais? certumnést celare, quó iter facias, péssuma?

SOPHOCLIDISCA.

'Offirmastin' óccultare, quó te inmittas, péssume?

PAEGNIVM.

Pár pari respóndes dicto. ábi iam, quando ita cérta rest;

---

rem quo tu *ergo*, scelus 218. Ni *Pylades*. Niſi *libri* ſc[e]iſ **B** ſciſ **C** 219. ego ex te **R**. ex te *libri*. ex ted *Guyetus* audiero **F** 220. eſt *bis libri* maleaſ **B** mala eſ *reliqui* scelestus decet **BCD** quidem item addecet **R**. quidem haud decet *libri*, *nisi quod* quide **B**. quidem addecet *Bothius olim*. haud dedecet *Rostius Opusc. p. 263 sq. iambicum describens* 221. certumne est *Camerarius*. certum eſt *libri* facieſ **B** 222. Offirmastin' *Camerarius*. Offirmaſti *libri* inmittaſ *pro* imm. **C** pc[e]ſſuma **B** 223. PA. *om.* **CD** *sine spatio* Parpiri **B** dicto **B**. dicito **Z** *et cum personae spatio post eam vocem* **CD**. cito **F**. elico (*h. e.* ilico) *Palmerius p. 850 cum seqq. iungens* ab[i]iam **B** re'st *Guyetus*. reſ

Nihili facio scire. ualeas.

SOPHOCLIDISCA.

'Asta.

PAEGNIVM.

At propero.

SOPHOCLIDISCA.

Et pól ego item.

PAEGNIVM.

Ecquíd habes?

SOPHOCLIDISCA.

Ecquid tú?

PAEGNIVM.

Nil equidem.

SOPHOCLIDISCA.

Cédo manum ergo.

PAEGNIVM.

Estne haéc manus?

SOPHOCLIDISCA.

Vbi illa álterast furtífica laéua?

PAEGNIVM.

Dómi eccam: nam húc nullam áttulí.

SOPHOCLIDISCA.

Habés nescio quid.

PAEGNIVM.

Né me attrecta, súbigitatrix.

---

eſt *libri* 224. *personae spatium praecedit in* ***CD*** Nihili *Camerarius.* Nihilo *libri* ſcireuleaſ ***B*** at sta *Dousa* apropera (o *suprascr.*) ***B*** item *Camerarius.* ite ***B***. ire *reliqui* 225—227, *quos non sine magna asperitate ad trochaicos numeros revoces, iambicos descripsi* 225. etquid tu ***BCDF*** *a* cedo *novum versum orditur* ***B*** 226. Vibiilla ***B*** eſt *libri* leua ***C*** domi eccam. nam huc ***R***. domi eccam huc *sic cum spatio* ***C***. domi. eccam huc *vulgo cum libris reliquis.* dómĭ. eccam huc *Lachmannus in Lucr. p. 200. Nisi praestat* dómi: eccam núllam huc atuli ***B*** 227. Habeſcio ***B*** me a directa ***F*** subigitatrix ***R***. ſibigitatrix ***B***. ſubigatrix ***CDZ***. ſubagatrix ***F***. subagitatrix *Ca-*

SOPHOCLIDISCA.

Sín te amo?

PAEGNIVM.

Mále operam locás.

SOPHOCLIDISCA.

Qui?

PAEGNIVM.

Quia enim níhil amas, quom ingrátum amas

SOPHOCLIDISCA.

Témperi hanc uigiláre oportet fórmulam atque aétatulam..
Né, ubi uorsicapíllus fias, foéde semper séruias.
Tú quidem haut etiam óctoginta's póndo.

PAEGNIVM.

At confidéntia
Mílitia illa mílitatur múlto magis quam póndere.
'At ego hanc operam pérdo.

SOPHOCLIDISCA.

Quid iam?

PAEGNIVM.

Quía peritae praédico.
Sét ego cesso.

SOPHOCLIDISCA.

Máne.

---

merarius 228. locaſ qui. PA. quia enim **BCD** quom *pro* cum **B** ingrata **BC** 229. Temperi *libri, item Glossarium Plautinum.* Tempori **Dc**, *Camerarius* *in* aetatulam *quartam litteram e corr.* **C** 230. ibi **B** uorsicapillus **B**. capilluſ uerſipelliſ *libri, nisi quod* illuſ (cap *sup. scr.*) **C**, ueſipelliſ **B**, uerſippelliſ **D**, uerſibelliſ **C** fiat **Z** semper *delendum censuit Gruterus* seruias *vix expedias: pro quo num forte* dormias *scriptum fuit?* *Ceterum* Ne, capillo uersipelle, foede semper seruias *idem ille Gruterus.* Ne, ubi uorsipellis fias, f. s. s. *Bothius* 231. Tu] Nunc *exspectes potius* aut **F** octoginta's **B**. eſ octoginta *libri* Militia illa *Guyetus.* Illa militia *libri* 233 *sqq.* So. Atque — PE. Quid — So. Quia — PE. Sed **FZ**: *correxit Camerarius* 233. At ego hanc *Bothius.* Atque ego hanc nunc *libri, nisi quod* nunc *ead. m. sup. scr.* **D** quiaperit aepraeclico **B**. quin

PAEGNIVM.

Molesta's.

SOPHOCLIDISCA.

Érgo ero quoque, nísi scio
Quó agas te.

PAEGNIVM.

Ad uos.

SOPHOCLIDISCA.

Ét pol ego ad uos.

PAEGNIVM.

Quíd eo?

SOPHOCLIDISCA.

Quid id ad te áttenet?

PAEGNIVM.

Énim non ibis núnc, uicissim nísi scio.

SOPHOCLIDISCA.

Odiosú's.

PAEGNIVM.

Lubet.

SOPHOCLIDISCA.

Númquam hercle istuc éxterebrabis tu, út sis peior, quam égo siem.

PAEGNIVM.

Málitia certáre tecum míseriast.

SOPHOCLIDISCA.

Merx tú mala's.

PAEGNIVM.

Quíd est, quod metuas?

---

perit ẽ p̃dico ***CD***. quia peritiſ predico ***FZ*** 234. moleſtef ***B***. moleſta eſ *reliqui* ergo ero *Bothius*. ergo *libri*. ero *Pius* 235. ad te] ate ***B*** attenet ***B***, *quod servandum duxi*. attinet *reliqui* 236. niſicio ***B*** odioſuſ eſ *libri* 237 *sqq. personis sic distribuunt* ***FZ***: Numquam (*Paegnio continuatum*) — So. Malitia — Pe. Merx — So. Quid — Pe. Idem — So. Dic ergo. Pe. Ne hoc . . . . . quam ego. So. At . . . . 237. peior *Camerarius*. prior *libri* 238. Malicia ***CF***. Milicia ***B*** eſt *libri* merſ ***BCDa*** tua ***FZ*** mala eſ ***BCDF***. mala eſt ***Z***

SOPHOCLIDISCA.

'Idem istuc, quod tu.

PAEGNIVM.

Díc ergo.

SOPHOCLIDISCA.

[Edictúmst mihi,]
Ne hóc quoiquam homini edícerem, omnes múti ut loquerentúr prius.

PAEGNIVM.

Míhi quoque edictúmst magnopere, né quoiquam homini créderem,
'Omnes muti utí loquerentur príus hoc, quam ego.

SOPHOCLIDISCA.

At tu hóc face:
Fidé data credámus.

PAEGNIVM.

Noui: omnés sunt lenae léuifidae.

---

239. So. (*ante* Idem) *om.* ***CD*** *sine spatio* dic ergo. So. edictumst mihi ***B***. dic ergo (*nec quicquam praeterea*) *libri, nisi quod* diergo ***B***. ergo. quid est? *Camerarius.* dic ergo, quid est? So. at uetita sum *Lambinus libros suos ambigue commemorans et proximum versum una constructione eidem personae continuans* 240. cuiquam *libri* dicerem *codd. Lambini.* crederem *exspectes potius* muti ***FZ***. multi ***BCD*** 241. PA. Mihi quoque edictumst magnopere ***B***. Edictum (Editum ***B***) eſt magnopere mihi *praemisso personae spatio* ***BCD***, *sine spatio* ***FZ***, *praemisso* PA. *Lambinus,* So. Et *Gruterus. Contra quae Bothius sic haec, graviter ut puto turbata in libris, scilicet integranda existimavit:*

So. Quíd id est quod metuás? PA. idem istuc, quód tu. So. dic ergó —
PA. dic ergo.
Ne hóc quoiquam homini edicerem, omnes múti ut loquerentúr prius,
Édictum est magnópere mi. So. et mihi, né quoiquam homini crégerem,
'Omnes muti uti loquerentur prius hoc quam ego. at tu hóc face

ne quoiquaam ***B***. ne cuiquam ***C***. nec cuiquam ***DFZ*** 242. Omnif miti ***B*** ut *libri* ego. at *sine spatio solus* ***B*** 243. 244 *iambicos descripsi ut v. 226 sq., quanquam non ignorans qua via servari trochaici numeri possent* 243. leuifide ***BCD***

Neque típpulai léuius pondust quám fides lenóniae.

S o p h o c l i d i s c a.

Díc amabo.

P a e g n i v m.

Díc amabo.

S o p h o c l i d i s c a.

Nólo ames.

P a e g n i v m.

Facile ímpetras.

S o p h o c l i d i s c a.

Técum habeto.

P a e g n i v m.

Et tu hóc taceto.

S o p h o c l i d i s c a.

Tácitum erit.

P a e g n i v m.

Celábitur.

S o p h o c l i d i s c a.

Tóxilo has feró tabellas túo ero.

P a e g n i v m.

Abi: eccillúm domi.

'At ego ad Lemniselénem tuam eram hánc obsignatam ábietem.

---

tippulai ***B*** : *quemadmodum* lénior es quam tippula ***Plautus dixit teste Nonio p. 180.*** tippulae *hunc v. afferens* ***Festus Paulli p. 366 M.:*** *item* ***Z.*** ſtipulae ***C***, ſtipule ***BDF***: *unde* stipulai ***Lachmannus in Lucr. p. 159.*** tipullae *vel* tippullae ***Bothius duce Scaligero Coni. in Varr. p. 148 ed. Steph.*** eſt *libri cum* ***Festo*** fides lenoniae *genetivo casu* ***B***: fide lenoniae ***Dacerius*** *in* ***Festum.*** fideſ lenonia *libri cum* ***Festo*** 246. Tecumabeo ***B*** tacco ***B*** 247. tabella eſt uocro ***B.*** tabellaſ hero tuo ***F*** abiecillum ***BCD*** 248. *vacuum spatium praecedit in* ***C*** Ast ***Bothius:*** *quod non debebam probare* ***Parerg. I, p. 516*** ad L. tuam eram hánc ***B.*** hanc ad l. tuam eram *libri (nisi quod* heram ***FZ***). *Quanquam licuit etiam* obsignatam hanc abietem Lemniselenim *vereor ne poeta scripserit.* lemniſcleuem ***BC***. lemniſſelenem ***DFZ***

SOPHOCLIDISCA.
Quíd istic scriptumst?
PAEGNIVM.
Iúxta tecum, sí tu nescis, uéscio:
Nísi fortasse blánda uerba.
SOPHOCLIDISCA.
'Abi: et ego abiero.
PAEGNIVM.
'Ambula.

SAGARISTIO.

Ióui opulento, íncluto,
Ope gnáto, suprémo, ualidó, uiripoténti,
Opés, spes, bonás copiás commodánti
Lubéns uitulór [at]que [dís cunctis] mérito,
Quoniám meo amico amíciter hanc cómmoditatis cópiam

---

249. iſtuc ***F*** scriptumst ***R***. ſcriptum *libri* neſſciſ ***B***
250. fortaſſet ***B*** So. abi : et ego abiero. Pa. ambula ***R***. So. abeo. Pa. at ego abiero. So. ambula *libri. Vbi* et *pro* at *Bothius. Non placet* So. ábeo. Pa. ego ábiero *vel* et égo abeo abiero *voce versum terminat* ***B*** *atque in proximo collocat* Ambula ſagariſtio: *pro quo* ambulaſ agariſtio ***C***, ambula ſaga[ri]ſtio ***D***, *quo* ſeruuſ *addidit* ***Db***

Act. II. Scen. 3. Sagariſtio ſeruuſ ***Z***. Sagariſtrio ſeruuſ ***F***
251—253 *sic a me diu descriptos post vidi non aliter Hermannum disposuisse apud Rostium Opusc. p. 174: quem sequi in proximis non potui. Vno versu* ***B*** Ioui . . . . uiripotenti, *item uno* Opeſ . . . . merito *comprehendit* 251. induto ***D***. iuclyto ***FZ***
252. ſupraemo ***B***. ſuppremo ***CDZ*** 254. *Sic* ***R***. lubenſ uitulorque merito *libri*. lubens meritoque uitulor *Gulielmus* 255. Quoniam ***R***. quam *Nonius hunc v. afferens p. 510.* Quia *libri* mea *ante corr.* ***B*** amiciter *hinc excerptum in Glossario Plautino*

Danúnt, argenti mútui [compós] ut egenti opem ádferam.
Quód ego non magis sómniabam néque opinabar, néque censebam,
Ĕam fore mihi occásionem, ea núnc quasi decidít de caelo.
Nám erus Eretriám me misit, dómitos boues ut síbi mercarer:
Dédit argentum: nam íbi mercatum díxit die esse séptimei:
Stúltus, qui hoc mihi dáret argentum, quŏius ingenium nóuerat.
Nám hoc argentum iam álibi abutar: bŏues, quos emerem, nón erant.
Núnc et amico prósperabo et génio meo multá bona faciam.
Nám amico homini bóbus domitis mea éx crumina lárgiar:

---

256. Danuntar getimutui ***B***. Danunt argenti minuti *reliqui*. danunt *etiam Nonius: pro quo* danit *Lipsius*, dat nunc *Bothius* *Ceterum cum eis quae praecedunt struuntur vulgo* argenti mutui: *quae ego addito* compos *ad proxima rettuli* ut egenti ***R***. uti egenti ***FZ***. utlegenti ***BCDa***. ut l^u^egenti ***Dc*** adferam *pro* aff. ***B***

257. *de* magis *vide Handium Turs. III, p. 562* 258. 259 *hoc ordine Lipsius Ant. lect. II, 21: inverso libri* mihi] ſibi ***F*** occaſione mea ***BCD*** *Ceterum haud scio an poeta dederit* Éam fore mi etiam occásionem celo ***C***. celo ***BD*** 259. Nam erus Eretriam me ***R*** *Proleg. Trin. p.* CLI. Numeruſ meuſ meeretſiam ***B***: *unde* Nam herus meus me Eretriam *Camerarius*. Num eruſ meuſ me iam *(sic cum lacuna)* ***CD***. Num heruſ meuſ ad me iam ***Z*** *et, nisi quod* Nunc, ***F***. *Vbi* Nam *Pius* ut sibi *Bothius*. uti ſibi *libri*. uti *Camerarius* 260. argenlem ***B*** mertatum ***B*** die esse *Bothius*. eſſe dieſ ***B***. eſſe die *reliqui*. esse *Guyetus* ſeptimei ***BCD***, ſeptimi ***FZ***: *quod Lachmannus tetigit in Lucr. p. 98* 262. hoc argentum iam ***R***. hoc argentum *libri*. ego hoc argentum ***R*** *Prol. Trin. p.* CLI. NAMHOCARGENTUM *ab initio apparuit etiam in* ***A*** abutar alibi *Guyetus* 263. et *om.* ***A*** AMICO ***A*** *Guyetus*. amico meo *reliqui* properabo ***B*** multa bona *libri cum* ***A***. bona multa *Bothius* 264. 265 *hoc ordine* ***R***: *inverso libri cum* ***A*** 264. Nam *Bothius*. Nunc *libri cum* ***A*** homini bobus *Camerarius*. homi^ni^buſ ***B***. hominibuſ ***CD***. boſbuſ ***FZ*** crumina ***BCD*** *cum* ***A***. crumena ***FZ***

Dĭu quo bene erat, die úno absoluam. túxtax tergo erit mĕo: non curo.
Nam íd demum lepidúmst, triparcos, uétulos, auidos, áridos
Bene ádmordere, qui salinum séruo obsignant cúm sale.
Virtúst, ubi occasio ádmonet, dispícere. quid faciét mihi?
Verbéribus caedi iússerit, pedicás inpingi. uápulem:
Ne síbi me credat súpplicem fore. uaé illi. nil iam míhi noui
Offérri pote, quin sím peritus. sét eccum puerum Tóxili.

---

265. quo bene erat ***B***. quod bene erit *libri cum* ***A***. quo bene sit *Bothius* TUXTAX ***A***. tuxcax ***BC***. tux tax ***D***. tax tax ***FZ*** ergo ***F*** erit meo *libri cum* ***A***. meo erit *Camerarius*. erit *Guyetus* 266. eſt *libri* trip^{r}acoſ ***B*** uetulos *Bothius*. homineſ uetuloſ *libri, etiam* ***A*** *ut videtur. Contra* auidos *om. Guyetus, non in inepte* auido arido ***Z*** 267 *sqq. sic descripti sunt in* ***A*** *satis mire:*

BENEADMORDEREQUISALINUMSERUOOBSIGNANTCUMSALE
UIRTUSESTUBIOCCASIO
ADMONETDISPICEREQUIDFACIETMIHI
UERBERIBUSCAEDIIUSSERITCOMPEDESIMPINGIUAPULET
NESIBIMECREDATSUPPLICEMFOREUAEILLINIHILIAMMIHINOUI

Recte tribus versibus concludit ***B***

267. Béne morderi *Guyetus* dente *pro* bene *'in priscis exemplaribus legi' Pius scribit* qui salinum *Camerarius*. quiſ alienum ***BCD***. qui alienum ***FZ***. qui alium *Pylades: unde* qui allium *Meursius*, qui alliatum *Bothius* obſignauit ***F*** 268. Virtuſ eſt *libri* ubi ocaſio ***D***: *vere puto, ut* ocultus *et alia quaedam in Prol. Trin. p.* CXXIV *neglecta*. ubi occaſio *reliqui* Virtús est ubi tempús monet *Guyetus* diſpecere ***B***: *fortasse vere, ut* attenet *cum similibus* faciaet ***B*** 269. V^{r}eboribuſ ***B*** cedi ***BC*** iuſſirit ***B*** pedicas ***B***: compedeſ *libri, nisi quod* compediſ ***B*** inponi ***B***. imponi *reliqui praeter* ***A*** uapulem ***FZ***. uapulet *reliqui: defensum a Palmerio p. 876* 270. ſuplicem ***BC*** rore ***B*** ue ***C*** mihi iam nihil *libri praeter* ***A*** 271. pote ***B***. poteſt *libri cum* ***A*** qui ***F*** set eccum puerum Toxili ***B***. ſed Toxili puerum paegnium eccum *libri cum* ***A***, *nisi quod* pegnium ***BD***, pegnum ***C*** — ecccum ***B*** *Ceterum in* ***B*** *haec scena in media ferme pagina ita desinit, ut reliqua eius pars vacua relicta sit*

PAEGNIVM. SAGARISTIO.

PAEGNIVM.

Pensúm confeci: núnc domum properó.

SAGARISTIO.

Mane, etsi próperas.

Paégnium, ausculta.

PAEGNIVM.

Émere oportet, quém oboedire uelís tibi.

SAGARISTIO.

Asta

PAEGNIVM.

Éxhibeas moléstiam, ut ego opínor, si quid débeam,
Quí nunc sic tamen és molestus.

SAGARISTIO.

Scélerate, etiam réspicis?

PAEGNIVM.

Scío ego, quid sim aetátis: eo istuc máledictum inpune aúferes.

Act. II. Scen. 4. PAEGNIVM SAGARISTIO ***AB***. Pegnium puer. Sagariſtio ſeruuſ ***Z*** *et* r *addens* ***F*** 272—274 *eadem qua nos versuum descriptione* ***AB*** 272. Pensum confeci *deletis glossematis* ***R***. Penſum meum quod datumſt confeci *libri cum* ***A***, *nisi quod* datum ſi ***B*** domum propero. SA. mane ***R***. DOMUM PROPERASMANE ***A***. pro domum mane ***BCDa*** (pro[deo] ***Dc***). propero domum. SA. mane ***FZ*** 273. Paepnium ***B***. Pepnium ***C*** oboedire uelis tibi ***R***. tibi oboedire ueliſ *libri cum* ***A***, *nisi quod* obedire ***DFZ*** ASTAS ***A*** *sine personae spatio ante eam vocem.* aſta *retiqui.* at sta *Pistoris* 274. Exibeaſ ***B*** ego ***R***. *om. libri cum* ***A*** 275. SA. *praemittunt* ***DbFZ***, *spatium* ***CDa*** TAMEN ***A***, *Bothius.* tam *retiqui* PAE. ***DbFZ*** 276. *Hunc Acidatius dubitabat num post v. 279 transponi iuberet* SA. ***DbFZ*** ſiſ ***FZ*** PE. eo ***Z*** inpune *pro* imp. ***AC***

SAGARISTIO.

Vbi Tóxilust tuus érus?

PAEGNIVM.

Vbi lubet illi: neque te cónsulit.

SAGARISTIO.

Étiam dicis ubíst, uenefice?

PAEGNIVM.

Haúscio, inquam, ulmítriba tu.

SAGARISTIO.

Male dícis maiorí.

PAEGNIVM.

Prior proméritus perpetiáre.
Seruam óperam, linguam líberam erus iússit med habére.

SAGARISTIO.

Dicísne mi, ubi sit Tóxilus?

PAEGNIVM.

Dico út perpetuo péreas.

SAGARISTIO.

Caedére hodie tu réstibus.

---

277. 278 *sic permire dispescuit* **A** *remotioribus initiis:*

UBITOXILUSESTTUUSERUS
UBIILLILIBETNEQUE
TECONSULITETIAM
DICISUBISITUENEFICE
NESCIOULMITRIBATU

277. SA. **Z**. PA. **Db**. *om.* **F** eſt *libri* PE. **FZ**. SA. **Db** lubet illi *Bothius.* illi libet *libri, nisi quod* lubet **F**. libet ei *Guyetus* 278. SA. **Db** Etiam dicis *Bothius.* Etiamediciſ **BC**. etiam ediciſ **DFZ** ubi est *Bothius.* ubi ſit *libri* hauscio **R**. neſcio *libri* inquam ulmitriba tu *'alibi codicum legi' Pius dicit.* inqua mulmit ribatu **B**. inquam mulmitribatu **CDZ**. inquam in ulmitribatu **F** 279. Malidiciſ **B**, *quod ego tamen non notavi* promeritiſ perpetiar **F** 280. liberam] OPERAM **A** iussit med habere **R**. IUSSITME•HABERE (MET *ut visum est*) **A**. iuſſit me habere **B**. me iuſſit habere *reliqui.* me habere iussit *Hermannus Elem. doctr. metr. p. 157* 281. Diceſne **F** 282. Cedere *cum* **CZ** *etiam* **A**. Credere **DF** odie **B** cucule **C**

P a e g n i v m.

Tua quídem, cucule, caúsa
Non hércle, si os percíderim tibi, métuam, morticíne.

S a g a r i s t i o.

Video égo te: iam incubitátus es.

P a e g n i v m.

Ita súm: quid autem id ád te?
At nón sum ita ut tu, grátiis.

S a g a r i s t i o.

Confídens.

P a e g n i v m.

Sum hércle uero:
Nam ego mé confido líberum fore, tú te numquam spéres.

S a g a r i s t i o.

Potin út molestus né sies?

P a e g n i v m.

Quod dícis, facere nón quis.

S a g a r i s t i o.

Abi ín malam rem.

P a e g n i v m.

At tú domum: nam ibi tíbi parata praés est.

S a g a r i s t i o.

Vadátur hic me.

P a e g n i v m.

Vtinám uades desínt, in carcere út sis.

---

causa *solus* **A** *Interpungebatur in fine versus* 283. hercle sihos **A**, *item* **D**. herclifioſ **B** perciderim *libri cum* **A**. praeciderim *Pius*. pertuderim *Pylades* mortic•ine **A** *h. e.* morticeine *ut puto* 284. es] sum **A** quid autem id ad te **B**. quididan || teattinet **A**. quid id attinet ad te *reliqui: ubi* ad *om. Bothius* 285. sum *om.* **A** uttu **A**. *Camerarius*. uitu (*vel* intu). **B**. uita *reliqui* gratiis **A**, *Bentleius in Adelph. IV, 7, 26.* gratſ (i sup.) **B**. gratiſ *reliqui* 286. foret ut enumquam **B**. fore ut enumquam **CD**. fore ut te nũquam **FZ** speres *Bothius*. ſperaſ *libri cum* **A** 287. ne *sup. scr.* **D** sis **A** 288. im malam rem (*sic*) **B**. ir *pro* in **D** praes est *Palmerius p. 851.* praest **A**. praeſtoſt *reliqui* 289. *ante* deſint *spatium* **D** desiniiin **A**.

SAGARISTIO.

Quid hóc?

PAEGNIVM.

Quid est?

SAGARISTIO.

Etiám, scelus, male lóquere?

PAEGNIVM.

Tandem ut líceat,
Quom séruos sis, seruóm tibi male dícere.

SAGARISTIO.

Itane? spécta,
Quid dédero.

PAEGNIVM.

Nil: nam níl habes.

SAGARISTIO.

Di dĕaeque me omnes pérdant,
Nisi te hódie, si prehéndero, defígam in terram cólaphis.

PAEGNIVM.

Amicus sum: eueniánt uolo tibi quae óptas.

SAGARISTIO.

At qui id fíat?
Tun mé defigas?

PAEGNIVM.

Té cruci ipsum adfígent propediem álioi.

---

definit in ***Z*** 290. ettam ***D*** tandem udiceat ***B*** 291. Quom ſeruoſ ſiſ ſeruom ***AB***. Cum ſeruuſ ſiſ ſeruum *reliqui* 292. QUID ***A,B***. Qui ***CD***. Quin ***FZ*** nam *praeter* ***ABCD*** *etiam codd. Lambini*. iam ***FZ*** di ***ADZ*** dii *reliqui* deaeque] dee [idq'] ***C***. deęte ***Da***, deet[q']• ***Dc*** ME ***A***, *Acidalius*. te *reliqui* 293. 294 *inverso ordine* ***A*** 293. te ***AB***. *om. reliqui* DEFERAM ***A*** 294. eueniat ***F*** que ***B*** optas. SA. At qui id fiat? Tun me defigas? PA. Te ***B***. optaſ atque id fiat || Tunc me defigaſ te *libri, nisi quod* adque ***C***, TUNME ***A,F***, tę ***B***. *Ubi* Tu ut me *Bothius* ADFIGENTPROPEDIEMALIEI ***A***. propediem adfigeut alii *reliqui, nisi quod* adfient [g] ***B***, affigent ***C***, *pro* propediem *autem* propedienti ***CD***, pro-

SAGARISTIO.

Qui té di deaeque — scís quid hinc porró dicturus fúerim,
Ni línguae moderareí queam. potin' ábeas?

PAEGNIVM.

Abigis fácile:
Nam umbrá mea iam intus uápulat.

SAGARISTIO.

Vt istúnc di deaeque pérdant:
Tamquám proserpens béstiast bilínguis et sceléstus.
Hercle íllum abísse gaúdeó. aperítur: éccere aútem,
Quem cónuenire máxume cupiébam, egréditur íntus.

---

pendenti **F** 296. QUI **A**. Quin *reliqui* dii **DF** 297. Nil linguae **C**. Nil ingru[a]e **B**, *sed litteras* il in *e corr. post ras.* MODERARII **A**. moderari *reliqui* habeaſ **BCDF** 298. mea iam intus **B**. MEA···INTUS **A**. mea intuſ *reliqui, nisi quod* intú *(sic)* **B** apulat **B** ISTUM **A** dii **F** 299. BESTIAST **A**. beſtie[a] **B**. beſtiae **CD**. beſtia **FZ**. bestia est *Camerarius* celeſtuſ **B** 300. Herde **B** abiſſe **B**. abiiſſe *reliqui cum* **A** gaudeo. aperitur: eccere **B**. GAUDEOFORISAPERITECCERE **A**. gaude oforeſ aperi teccere **B**. gaudeo foriſ aperiteccere **CD**. gaudeo. foreſ aperite. ecce **FZ**. g. foriſ aperitur. eccere *Pistoris* 301. cum uenire *(vel* cũ uenire) **BCD** maxime *libri* intuſ *libri, item codd. Lambini.* foraſ **Z**. *om.* **F**

TOXILVS. SOPHOCLIDISCA. SAGARISTIO.

TOXILVS.

Parátum iam esse dícito, unde argéntum sit futúrum.
Iubéto habere animúm bonum: dic me íllam amare múltum.
Vbi se ádleuat, ibi me ádleuat. quae díxi ut nuntiáres,
Satin' éa tenes?

SOPHOCLIDISCA.

Magis cálleo quam aprúgnum callum cállet.

TOXILVS.

Propera, ábi domum.

SAGARISTIO.

Nunc huíc ego graphicé facetus fíam:
Subnixis alis me ínferam atque amicíbor gloriόse.

TOXILVS.

Set quis híc ansatus ámbulat?

SAGARISTIO.

Magnífice conscreábor.

Act. II. Scen. 5. TOXILVS SACARISCIO ***B***. TOXILVS SAGARISTIO SERVI II. SOPHOCLIDISCA ANꝗ ***D***: *ubi* Sagar. *post* anuſ ***F***, ancilla *pro* anuſ ***Z*** 302. dicito ***F***, ***codd. Pii.*** dicto *reliqui* 304. adleuat, ibi me adleuat *Pistoris*. adluat ibi me adluat *libri*. adiuuat, ibi me adiuuat *Gruterus* nunciareſ ***C***. nunctriareſ ***B*** 305. calleao ***B*** aprignum ***F*** callet ***BF***. calet ***Z***. cilet ***CD*** *Hinc* aprugnum callum *affert Servius in Aen. XI, 65*, plus calleo quam aprunum callum callet *Nonius p. 258*, magis tabello quam prunum callum callet *Charisius p. 55* 306. Propere *Bothius* abidum ***B*** huic ego *Bothius*: hic ego *Guyetus*. ego huic *libri* facet̃ ***B*** 307. me• *cum unius litterae rasura* ***B*** infer amatque ***BCD*** 308. 309 *inverso ordine* ***A*** 308. anxatuſ ***F***. conatuſ *hunc v. afferens Nonius p. 479* SA. *om.* ***BCD*** *sine spatio* magnifico ***B*** conſcreaor *Nonius*, *Bentleius in Hor. Serm. II, 3, 183*. conſtabor ***BC***.

TOXILVS.

Sagarístio hic quidemst. quíd agitur, Sagarístio? ut ualétur?
Ecquíd, quod mandauí tibi, est nunc spéculae in te?

SAGARISTIO.

Adíto:
Vidébitur: factúm uolo. ueníto: promouéto.

TOXILVS.

Quid hoc híc in collo tíbi tumet?

SAGARISTIO.

Vomicást: pressare párce,
Nam ubi quí mala tangít manu, dolóres cooriúntur.

TOXILVS.

Quando ístaec innatást tibi?

SAGARISTIO.

Hodié.

TOXILVS.

Secari iúbeas.

SAGARISTIO.

Metuó ne inmaturám secem: ne exhíbeat plus negóti.

TOXILVS.

Inspícere morbum tŭum lubet.

---

conteſtabor ***DFZ***. consecrabor *Pius* 309. Sagariſcio ***B*** quidemst ***R***. quidem ſed ***BCDZ***. quidemſt ſed ***F*** ſagariſcio ***B*** 310. tibi, est nunc speculae in te ***R***: *nisi* mihi *pro* nunc *males cum Pylade*. tibi? eſtne in te ſpeculae *libri cum **A** (nisi quod* ſpecule ***CD***). tibi? estne quid in te speculae *Camerarius. Licebat etiam* tibi, in te speculaest. *Mire argutatur Kampmannus de* IX *praep. p. 18* 311. Videbitur factum. uola ***FZ*** promoueto ***FZ***. promoneto ***BCD***. FROMO•ETO ***A***. praemoneto *Pistoris* 312. hic ***BC*** *cum **A***. id ***DFZ***. sic *Dousa* uomicaſt *omnes, etiam **A*** 313. TANGIT ***A***. tetigit *reliqui* cooriuuntur ***B*** 314. ISTAECINNATAESTTIBI ***A***. iſtae cinnata ſtutibi ***B***, *nisi forte quinta a fine littera* n *est*. iſtec innataſt tibi *reliqui. Quo additum nam a Camerario est* odie (a supra, ‚ infra) ***B*** 315. inmat. *pro* immat ***AC*** exibeat ***B*** NEGOTI ***A***. negotii ***CD***. negocii ***BFZ*** 316. merbum ***C*** IVBET ***A** ut videtur* ahá, abi ***R***. AHAHABI

SAGARISTIO.

Ahá, abi atque cáue sis

A córnu.

TOXILVS.

Quid iam?

SAGARISTIO.

Quía boues bini híc sunt in cruméina.

TOXILVS.

Emítte sodes: ne énices famé: sine ire pástum.

SAGARISTIO.

Enim métuo ut possim réicere in bubíle, ne uagéntur.

TOXILVS.

Ego réiciam: habe animúm bonum.

SAGARISTIO.

Credétur: commodábo.

Sequere hác sis: argentum híc inest, quod mécum dudum orásti.

TOXILVS.

Quid tú ais?

SAGARISTIO.

Dominus me Éretriam bouís mercatum mísit:

A. ahhi *B*: *unde* ah, abi *Pareus*. abi *reliqui* sis quaeso *Kampmannus de* AB *praep. p. 28* 317. boui *B* crumina *CDa*. crimina *B*. crumena *DcFZ et fortasse A* 318. enices fame, sine ire *Camerarius: atque ita A ut videtur*. euiceſ fameſ ineire *B*. eniceſ fameſ inire *CDa*. eneceſ fame ſine ire *Dc*. enicet fameſ: inire *FZ* 319. reicere in bubile *B*: INBUBILIRIICERE *A*. in bubilem reicere *BCD et, nisi quod* reiicere, *FZ*. reicere in bubilem *Bothius*. bubile *iam Pareus* ne uagentur *FZ*. neuiagentur *B*. ne uagientur *CD*. ne uitulentur *Pareus ed. tert.* 320. reiciam *BD cum A*. reitiam *C*. reiiciam *FZ* SA. habe *FZ* SA. *om. FZ*. *Correxit utrumque Gruterus* crɘdetur *Guyetus*. creditur *libri* 321. ſeque *C* INEST *ABC*, *Hermannus Elem. p. 155*. eſt *DFZ* MECUMDUDUMORASTI *A*. me dudum rogaſti *reliqui*. dudum me rogasti *Bothius* 322. Eretriam bouis mercatum *B Prol. Trin. p. CCLII*. BOUISMERCATUMERETRIAM *A*. uobiſ mercatumere triam *B*. uobiſ mercatum ere tria *CD*. boueſ mercatum

Nunc mi Éretria erit haec túa domus.

T o x i l v s.

Nimis tú facete lóquere:
Atque ómne ego argentúm tibi hoc actútum incolume rédigam.
Nam iam ómneis sycophántias instrúxi et conparáui,
Quo pácto ab lenone aúferam hoc argéntum.

S a g a r i s t i o.

Tanto mélior.

T o x i l v s.

Et múlier ut sit líbera, atque ipse últro det argéntum.
Set séquere me: ad eam rem úsus est tua mi ópera.

S a g a r i s t i o.

Vtere út uis.

---

eretria ***FZ*** 324. omne ego *Bothius*. ego omne *libri cum* ***A*** HOCACTUTUM ***A***. hoc tu tum ***B***. hoctutum ***CDaF***. actutum ***DcZ*** 325. OMNEIS ***A***. omneſ *reliqui* ſychophantiaſ ***B***. ſicophantiaſ ***Ca*** 327. det *libri cum* ***A***. duit *Guyetus. Vide ad v. 68. Alioqui licebat cum Lachmanno* ultro det ipse 328. mi ópera: útere ***B***. mihi opera: útere *Bothius* ut uiſſaturacio ***B***

ACTVS III.

SATVRIO. VIRGO.

SATVRIO.

Quae rés bene uortat mi ét tibi et uentrí meo,
Perénnitatemque ádeo huic perpetuét cibi,
Vt míhi supersit, súppetat, supérstitet:
Sequere hác, mea gnata, mé cum deis uoléntibus.
Quoi rei ópera detur, scís, tenes, intéllegis:
Commúnicaui técum consilia ómnia.
Ea caúsa ad hoc exémplum te exornáui ego:
Vaenibis tu hodie, uírgo.

VIRGO.

Amabo, mí pater,

Act. III. Scen. 1. SATYRIO **A**. *om.* **BCDa**. PARASIT' VIRGO **Db**. Saturio paraſituſ. Perſa uirgo **F**. Paraſituſ. Virgo Perſa **Z** 329. Que **B** uortat **BC** *cum* **A**. uortant **DFZ** 330. *Sic* **B**, *quae lenius ad sanitatem sententiae revocare nescii.* Perennitatiſque adeo huic perpetuo cibo *libri cum* **A**, *nisi quod* PERENNITATSIQUE **A**, perhennitatiſque **C**, perennitatif quod **F** — crbo **B**. *Vbi* Perennitantique *Acidalius. Minus saltem probabile futurum sit* Perennitetque huic adeo perpetuom cibum 331. *post* ſuperſit *et post* ſuppetat *vacua spatia* **C** puppetat **B** ſupérſtitet (*sic*) **B** 332. mecum **FZ** DEISUOLENTIBUS **A**. diſ ̬o lentibuſ **B**. diſ uolentibuſ **CDZ**. diiſ uolentibuſ **F** 333. QUOI *pro* Cui **A** intelligiſ **DFZ** 334. Commonicauite cum **B**: *quod nescio an ad* Commoenicaui *spectet* conſilia omnia **B** *cum* **A**. conſilia meo **CD**. conſilia mea **FZ** 335. CAUSSA **A** 336. Venibiſ *libri cum* **A**, *nisi quod* Venibuſ **Ba** odie **BaDa**

Quamquám lubenter éscis alienís studes,
Tuin uéntris causa fíliam uendás tuam?

S a t v r i o.

Mirúm quin regis Phílippi causa aut 'Attali
Te pótius uendam quám mea, quae sís mea.

V i r g o.

Vtrúm pro ancilla mé habes an pro fília?

S a t v r i o.

Vtrum hércle magis in uéntris rem uidébitur.
Meum opíno imperiumst ín te, non in mé tibi.

V i r g o.

Tua istaéc potestas ést, pater: uerúm tamen,
Quamquám res nostrae súnt, pater, paupérculae,
Modice ét modeste méliust uitam uíuere.
Nam ad paúpertatem si ádmigrant infámiae,
Grauiór paupertas fít, fides subléstior.

S a t v r i o.

Enimuéro odiosa's.

---

337. libenter *libri cum* **A** eſciſ **CD** 338. tuine **FZ.** tu^n^in **Dc** CAUSAM **A** UENDAS **A.** uendiſ *reliqui* 341. UTRUM **A.** Vtrum tu *reliqui* 343. opino **R.** opinor *libri cum* **A** IMPERIUMSTINTENONINMETIBI **A.** imperiumſt in te nou in me tibiſt *reliqui.* imperium in te, non in me tibist *Camerarius* 344. iſtec **CD.** iſta et **B** poſtaſ **Da** 346. *Hunc afferunt Charisius p. 185 et Nonius p. 342* modicę et modeſtę **Z** MELIUSTUITAM UIUERE **A.** meliuſ tui tam uiuere **BCD**: *unde* melius est uitam uiuere *Camerarius.* meliuſ eſt ita uiuere **F.** meliuſ eſt tamen ita uiuere **Z.** eſt meliuſ uitam uiuere *Nonius. Pro quibus lacuna est in Charisii ed. princ.,* meliuſ uitam ducere *in Fabriciana: quae 'in cod. non clare leguntur'* 347. 348 *proferunt Festus p. 294 M. et Nonius p. 177* Nam *om. Festus* ad paupertatem ſi **BCDF** *cum* **A**, *Festus.* ubi ad paupertatem **Z** *cum Nonio.* si ad paupertatem *Camerarius* ADMIGRANTINFAMIAE **A**, *Camerarius.* admigrantimfamiae **B.** admigrant infamae **C.** admigrantim fame **D.** adnigratur fama **F.** immigrant infamiae *Festus.* acceſſit infamiam *Nonius.* acceſſit infamia **Z** 348. paupertaſ grauior *Nonius* ſubleſtior **Z.**

VIRGO.

Nón sum neque me esse árbitror,
Quom párua natu récte praecipió patri:
Nam inimíci famam nón ita, ut natást, ferunt.

SATVRIO.

Feránt eantque in máxumam malám crucem.
Non égo omnis inimicítias pluris aéstumo,
Quam ménsa inanis núnc si adponatúr mihi.

VIRGO.

Patér, hominum inmortális est infámia:
Etiám tum uiuit, quóm esse credas mórtuam.

SATVRIO.

Quid? métuis ne te uéndam?

VIRGO.

Non metuó, pater:
Verum ínsimulari nólo.

SATVRIO.

At nequiquám neuis.
Meó modo istuc pótius fiet quám tuo.

VIRGO.

Ne fíat.

SATVRIO.

Quae haec rest?

ſubleſtior (u sup. scr.) ***Dc*** 349. eſ *libri* me *om.* ***A*** 350. QUM ***A***. Cum *reliqui* praua ***Z*** NATURECTE ***A***. natur ec te ***B***. natura ẽẽ te ***D*** *et, nisi quod* ee, ***C***. natura eſſe te ***Z*** *et, nisi quod* nã, ***F*** precipio ***BC***. percipio ***Z*** pater ***Z***. patri *etiam codd. Lambini* 351. inimiciſ ***D*** nata ſi ***BCD***. nata eſt ***FZ***, *etiam* ***A*** *ut vid.* serunt *Goellerus in Trucul. 936* 352. Serant *Goellerus* in *om.* ***A*** maximam *libri cum* ***A*** 353. ego omnis inimicitias *Bothius.* ego inimicitiaſ omniſ *libri, nisi quod* OMNES ***A***. inim. omn. *sine* ego *Guyetus* pluris aestimo *Pylades.* PLURIS I AESTIMO ***A***. pluriſ exiſtimo *reliqui* 354. ADPON. *pro* appon. ***A*** 355. inmort. *pro* immort. ***B*** imſamia ***B*** 356. tum] tutu ***C*** cum *libri* 358. nequicquam ***F*** *(non* ***A****)*. uequiquam *ante corr.* ***C*** 359. iſtuc ***BC***. iſtud ***DFZ*** fiet *om.* ***Da***, *sup. scr.* ***Db*** 360. VIRGO. Ne fiat. SAT. quae haec rest ***R***. FIAT QUAE·EAERES

VIRGO.

Cógita hoc uerbúm, pater.
Erus sí minatus ést malum seruó suo,
Tamen sí daturus nón est, ubi captúmst flagrum,
Dum túnicam is ponit, quánta adficitur míseria.
Ego núnc, quod non futúrumst, formidó tamen.

SATVRIO.

Virgo átque mulier núlla erit, quin sít mala,
Quae praéter sapiet quám placet paréntibus.

VIRGO.

Virgo átque mulier núlla erit, quin sít mala,
Quae réticet, si quid fíeri peruorsé uidet.

SATVRIO.

Maló cauere méliust te.

VIRGO.

At si nón licet
Cauére, quid agam? nám ego tibi cautúm uolo.

SATVRIO.

Malusne égo sum?

VIRGO.

Non es, néque me dignumst dícere:

SVNT *cum personae spatio* ***A***. Fiat qu[a]e hereſ ſunt ***B*** *spatiolo ut videtur post* Fiat *relicto. Quali praemisso* fiat || Quae hae reſ ſunt ***C***, fiat || Quae hereſ ſunt ***D***. *Sine spatiis* fiat Quae hae reſ ſunt ***Z*** *et, nisi quod* Que he, ***F*** 362. Tamen si daturus non ***R***, *erutum ex* ***A***, *in quo* TAMENESIAU ⁖ USNON (IPENN *supra*) *apparuit, antiqua manu supra scriptis litteris quas non expedio.* Tamen etſi id futurum non *reliqui, nisi quod* Tam ***DFZ***, id *sup. scr.* ***D***. *Mutatum est ad exemplum versus 364* CAPTUMST *etiam* ***A*** 363. tunicam is ***R***. tunicaſ *libri cum* ***A***. *Quanquam poetam ipsum dedisse* is tunicam *crediderim* adſ. *pro* aff. ***AB*** 364. futurumſt *omnes cum* ***A*** 365. *VIRGINI continuat* ***F***, *cuius similes in proximis errores silentio praetermisi* erit] eſt ***F*** 366. preter ***C*** paretibuſ ***F*** 367. crat ***B*** 369. meliuſt te ***BZ***. meliuſſt te ***CD***. MELIUSESTTE ***A***. meliuſ te ***F*** LICEAT ***A*** 371. dignūſt ***Z***. DIGNUST ***A***. diguuſ ſt ***B***. dignuſſt ***CD***. dignum eſt ***F***

Verum ĕi rei operam do, ne álii dicant, quibus licet.

SATVRIO.

Dicát quod quisque uólt: ego de hac senténtia
Non démouebor.

VIRGO.

'At, meo si liceát modo,
Sapiénter potius fácias quam stulté.

SATVRIO.

Lubet.

VIRGO.

Lubére tibi per mé licere intéllego:
Verúm lubere hau lúbeat, si liceát, mihi.

SATVRIO.

Futúra's dicto oboédiens an nón patri?

VIRGO.

Futúra.

SATVRIO.

Scís nam, tíbi quae praecepi?

VIRGO.

'Omnia.

SATVRIO.

Et út ui surpta fúeris?

VIRGO.

Docte cálleo.

SATVRIO.

Et quí parentes fúerint?

---

372. uerum ***Z***. uirum *reliqui* do ne ***Z***. done ***B***. donec ***CDF*** 373. uult *libri* 374. ſi meo ***F*** 375. faciam ***DFZ*** lubet ***B***. libet *reliqui* 376. Lubere *an* lubere ***B***, *non satis liquet.* libere ***FZ*** TIBIPERME ***A***. per me tibi *reliqui* *Ceterum pravam in* ***FZ*** *personarum distinctionem* lubet Lubere per me tibi. VIR. licere intelligo. uerum *correxit Camerarius* 377. HAU ***A***, ***B***. haud *reliqui* lubeat, si liceat *Pistoris: atque ita nisi fallor* ***A***. liceat ſi lubeat *reliqui libri, nisi quod* iubeat ***B*** 378. eſ *libri cum* ***A*** oboedienſ ***BCD*** *cum* ***A***. obedienſ ***FZ*** 379. precepi ***C***. precipi ***B***. praecipio *Camerarius* 380. Et ut ui surpta ***B***.

VIRGO.

Habeo in mémoria.
Necéssitate mé, mala ut fiám, facis.
Verúm uideto, me úbi uoles nuptúm dare,
Ne haec fáma faciat répudiosas núptias.

SATVRIO.

Tace, stúlta. non tu núnc hominum morés uides,
Quoiúsmodi hic cum fáma facile núbitur?
Dum dós est, nullum uítium uitio uórtitur.

VIRGO.

Ergo ístuc facito ut uéniat in mentém tibi,
Me esse índotatam.

SATVRIO.

Cáue sis tu istuc díxeris.
Ne te índotatam dúcas, quoi dos sít domi.
Pol dĕum uirtute dícam et maiorúm meum,
Librórum eccillum ego hábeo plenum sóracum.
Si hoc ádcurassis lépide, quoi rei operám damus,
Dabúntur dotis tíbi inde sescentí logei,

ETUTUISURRUPTA ***A***. Et id ut surrupta *reliqui, nisi quod* ſubrupta ***F*** *et, si recte notavi*, ſurrepta ***B*** 382. NECESITATE ***A*** me *om.* ***F*** 383. me ubi *libri cum* ***A***. ubi me *Camerarius* uioleſ ***DaZ*** 385. ſtultam ***B*** uides? Qoiusmodi *Acidalius* 386. Quoiuiſmodi ***C***. CUIUSMODI ***A***. Cuiusuis modi *Guyetus* FAMA ***A***, *Camerarius*. mala fama *reliqui* 387. EST ***A***. ſit *reliqui* 390. 391 *transpositi auctore Acidalio, quos inverso ordine collocant libri cum* ***A*** Ne . . . ducas ***R***. Ne . . . dicaſ ***BCDZ*** *cum* ***A***. Nec . . . dicas ***F***, *Bothius* quo id oſ ***D***. CUIDOS ***A,Z*** 391. uirtutem *Nonius hunc v. afferens p. 495* dicam ***BCD***, *Nonius*. DICO ***A***. *om.* ***FZ*** maiorum, *non* malorum, *in codd. ant. scriptum esse Pius adnotat* 392. Librorum eccilium ***B***. LIBRORUM••ILLUM ***A***. Librorum ecce illum *reliqui, nisi quod* Liberorum ***F***. —rum iccillum *superstes est apud Festum p. 294 M.* ego ***R***. *om. libri* PLENUMILLUMSORACUM ***A*** 393. ADCURASSIS ***A***. accuraſ ſiſ ***BCD***. accuraſſiſ ***FZ*** QUOI *pro* cui ***A*** 394. 395 *affert personatus Asconius in Cic. divin. § 39 p. 115 Or. omissis* dotis *et* inde *et* omnes 394. *de* tibi inde *fallitur Brixius Qu. pros. p. 21* ſeſcenti ***BCDZ*** *cum* ***A***.

Atque 'Attici omnes: núllum Siculum accéperis.
Cum hac dóte poteris uél mendico núbere.

VIRGO.

Quin tú me ducis, sí quo ducturú's, pater?
Vel tú me uende uél face quidquid tíbi lubet.

SATVRIO.

Bonum aéquomque oras. séquere hac.

VIRGO.

Dicto sum aúdiens.

DORDALVS.

Quidnam ésse acturum dícam hunc uicinúm meum,
Qui míhi iuratus ést se hodie argentúm dare?
Quod sí non dederit átque hic dies praetérierit,
Ego árgentum, ille iús iurandum amíserit.
Set íbi concrepuit fóris. quisnam egreditúr foras?

ſexcenti ***F***, *Asc.* logi *Asc., edd. Pii et Saraceni.* LAG•I ***A***. longi *reliqui* 395. acceperеſ ***C*** *ante corr.* 396. poteriſ ***B*** *cum* ***A***. poteraſ *reliqui* 397. ducturus *scribebatur* 398. quidquid *Bothius.* quid ***BCDF*** *cum* ***A***. quod ***Z***. *Nisi forte* uél me face quod tibi lubet *dedit poeta* 399. AEQUMQUE ***A***. aequumque *reliqui* audienſ ***FZ*** *cum* ***A***. audi eaſ ***CD***. audi eaſ dordaluſ ***B***

Act. III. Scen. 2. DORRALVS LENO ***DbZ***. Dordoluſ leno ***F***. *om.* ***BCDa***. *Vnius versus spatium* ***A*** 400. DICAMHUNC ***A***. hunc dicam *reliqui* 401. (iura)TUSESTSE ***A***. iuratuſ eſt ſeſe *reliqui.* iuratust sese *Bothius* 402. hic *sup. scr.* ***B*** preterierit ***BC*** 403. iúſ••randum *(sic)* ***B*** *post. ras.* 404. foriſ ***F***, *Pius.* foreſ *reliqui* quinam ***F***

TOXILVS. DORDALVS.

TOXILVS.

Curáte isti intus: iam égo domum me récipiam.

DORDALVS.

Toxíle, quid agitur?

TOXILVS.

Ého, lutum lenónium,
Commíctum caeno stércilinum públicum,
Impúre, inhoneste, iniúre, inlex, labés popli,
Pecúniai accípiter auide atque íuuide,
Procáx, rapax, traháx: trecentis uérsibus

Act. III. Scen. 3. TOXILVS DORDALVS *superiori scenae subscripta* **B**. TOXILVS SERV' DORRALVS LENO **Db** *et, nisi quod* Dordaluſ, **FZ**. *om.* **CDa**. *Vnius versus spatium* **A**. *Absque quo esset, eadem scena continuari poterat* 405. Curate isti **R**. Curate iſtic **B**. Curate iſtuc *reliqui*. Cura iſtuc *Bothius* 406. TOXILE **A**, *Camerarius*. Obtoxile **B**. o toxile *reliqui*. *Fraudi fuit personae nota* DO eho *Aldina*. OH **A**: *cui vix locus*. eo *reliqui* lenon[i]um **B** 407. *Sic* **R**. Commixtum cae noſter cilinum **B**. COMMI•TUMCAEN•STER — *etiam* **A**. commixtum noſter cilinum *cum spatio* **CD**. cõmixtum. eo ſterquilinium **Z**. commixtum ſterquiliuum **F**. Commictum coenum, sterquilinium *Palmerius p. 877 et* stercilinum *vel* sterculinum *vindicans Bentleius in Phorm. III, 2, 41* 808. iniure inlex **BCDF**, *item Nonius p. 447*: 'iniure inlex hoc est uiuens sine lege, sine iure, labes populi.' in iure. ĩlex. **Z**. iniure ilex *Nonius totum versum afferens p. 10*. PERIURRINLEX **A**: *quo tamen ad tollendam accentus in* inlex *offensionem uti nescii* labeſ **B** *cum* **A**. inlabeſ **CDF**. iure labeſ **Z**. iniurie labeſ '*membranacea exemptaria' Pii* POPLI **A**, *Nonius p. 10*. populi *reliqui libri, Non. p. 447* 409. Pecuniaï *Bentleius in Heaut. II, 1, 15: quando Naekiani praecepti severitas perdubium est num in Plautinam artem cadat*. Pecuniae *libri cum* **A**, *nisi quod* Pecuni[a]e **B**. Pecuniarum *Pylades, Acidalius* accipiter auide atque inuide *cum reliquis etiam* **A**. auide accipiter atque liuide *Lachmannus in*

Tuas ínpuritias tránsloqui nemó potest:
Accípin' argentum? accípesis argentum, ímpudens.
Tene sís argentum. étiam tu argentúm tenes?
Possúm te facere ut árgentum accipiás, lutum?
Non míhi censebas tántulum argentí fore,
Qui nísi iurato míhi nil ausu's crédere?

DORDALVS.

Sine réspirare mé, tibi ut respóndeam.
Vir súmme populi, stábulum seruitútium,
Scortórum liberátor, suduculúm flagri,
Compédium tritor, prístinorum cíuitas,
Perénniserue, lúrco edax, furáx, fugax,

Lucr. p. 161 servans Pecuniae 411. INP. *pro* imp. ***A*** impuritateſ ***F*** TRANSLOQUI ***A***. traloqui ***BCD*** (impuriti aſtra loqui ***B***). loqui ***FZ*** 413. tu argentum]e *correctum ex* n ***B*** 415 *accessit ex Ambrosiano, falso testimonio a Maio collocatus post 413. Nobis haec tantum apparuerunt:* NONMIHICENSE•••••••ARGENTIFORE censebas *Bothius.* CENSEBAM ***A*** *Maii* tantulum ***B***: *nisi* tu tautum *males.* TANTUM ***A*** *Maii.* copiam *Bothius* 416. ausus *scribebatur* 417. Sene ***BCD*** me tibi ut ***BCDcZ***. & ibi ut ***Da***. tibi ut ***F***. MEUTTIBI *dubitavi num forte in* ***A*** *esset* 418. popli ***B*** seruitutium *Colerus.* ſeruitritium ***BCD*** *cum* ***A***. ſeruitricium ***FZ*** 419. suduculum ***B*** *duce Festo Paulli p. 336 M.:* 'Seduculum genus flagelli dictum quod uapulantes sudantes facit': *ubi quod vulgabatur* sudiculum *commendabat iam Meursius.* SUBUCULUM ***A***, *ubi certum esse* U *notavi, falli fortasse de* B *potui.* ſubiculum *reliqui libri* 420. Compedium ***BD*** *cum* ***A***. compendium ***C***. compedum ***FZ*** priſtinorum ***B***: *de quo vide Mus. philol. VII p. 555.* piſtrinorum *reliqui* ciuitaſ] u I UILAS ***A***, *certissima* L *littera: quo quid faciam nescio* 421. PER•••••SERUE ***A***. perhenni ſerue ***F***. perenniſ herbae *Nonius hunc v. afferens p. 11* lurco edax ***Z***, *Nonius.* lur chedax ***BCDa***. lurche edax ***DcF***. LI — *non* LU (L) *in* ***A*** *apparuit ab initio. Ceterum huc spectant Probi p. 1449 (109 Lind.) et Sacerdotis p. 52 Endt. verba:* 'HO finita producuntur in genetiuo, lurcho lurchonis, lectum nomen in Plauto, significans ganeonem (nepotem, deuoratorem)
furax fugax ***B*** *cum* ***A***, *Nonius.* fugax furax *reliqui*

Cedo sís mi argentum: dá mihi argentum, ínpudens.
Possum á te exigere argéntum? argentum inquám cedo.
Quin tú mi argentum réddis? nilne té pudet?
Lenó te argentum póscit, solida séruitus,
Pro líberanda amíca: ut omnes aúdiant.

TOXILVS.

Tace óbsecro hercle: né tua uox ualidé ualet.

DORDALVS.

Referúndae ego habeo línguam natam grátiae.
Eodém mihi pretio sál praehibetur quó tibi.
Nisi me haéc defendet, númquam delingét salem.

TOXILVS.

Iam omítto iratus ésse. id tibi suscénsui,
Quia té negabas crédere argentúm mihi.

DORDALVS.

Mirúm quin tibi ego crédere, ut idem tú mihi
Facerés, quod passim fáciunt argentárii:

---

422. Coedo ***BC***. cẹdo ***DZ*** argnntum da mihi argentam ***Ba*** INP. *pro* imp. ***A*** *Ceterum haec et proxima cum sic perscripta essent in* ***Da***

Cẹdo ſiſ mihi argentum inquam cẹdo quin tu mihi
Argentum reddiſ nihilui te pudet? leno te argentum poſcit

omissis mediis (quae prorsus ita transierunt in ***Z***, *nisi quod ea* argentum. argentum *et* cedo *habet v. priore), post medius interpositus est a* ***Db*** *hic versus:*

Exigere argentum. argentum inquam cedo quin tu mihi:

unde haec manavit eorundem in ***F*** *species:*

cedo ſiſ m argentum inquam cedo quin tu mihi
Argentum reddiſ nihil ne pudet quin tu mihi exigere argentum
Argentum inquam cedo: leno te argentum poſcit

Cum ***BC*** *convenit* ***A*** 423. coedo ***B*** 424. *post* reddiſ *spatium* ***B*** nihilne *Pylades*. nihil ni *etiam* ***BC*** 425. ſolita ***DZ***. ſolicita ***F*** 428. Referundae ***B*** graciae ***B*** 429. praehibetur ***C***. prehibetur ***B***. perhibetur ***DFZ***. *partim* proibetur *partim* praehibetur *codd. Lambini* 430. delinget ***B***. delinquet *reliqui*

431. ſubcenſui ***F***. SUSCENSUI *etiam* ***A*** 433. tu ***R***. *om. libri*

Vbi quíd credideris, cítius extemplo á foro
Fugiúnt, quam ex porta lúdis quom emissúst lepus.

TOXILVS.

Cape hóc sis.

DORDALVS.

Quin das?

TOXILVS.

Númmi sesceuti híc erunt
Probí, numerati: fác sit mulier líbera,
Atque húc continuo addúce.

DORDALVS.

Iam faxo híc erit.
Non hércle, quoi nunc hóc dem spectandúm, scio.

TOXILVS.

Fortásse metuis ín manum concrédere?

---

435. ciciuſ ***B*** 436. cum *libri* emiſſuſt ***C*** lupus *Osannus Anal. p. 203* 437. To. Cape ***FZ***. Scape ***B***. Sape ***CD*** *pro* quin das? *nescio an praestet* quin da ſeſcenti ***Z***. ſex-centi *reliqui* erunt ***Z***. er} *(vel similiter)* ***BCD***. ſunt ***F*** 438. Brobi neumerati ***B***. numerati *sine* probi ***C*** 439. utque ***C*** *ante corr.* adluce ***B***. abduce ***F*** 440. *spatium praecedit in* ***C*** ercle ***B*** quoi *pro* cui ***B*** 441 *sqq. aut sic vel similiter restituendi, aut de multo gravioribus turbis cogitandum. Qui hi sunt in* ***CDFZ***:

To. Fortaſſe metuiſ iam a foro argentarii abeunt quam in curſu rotula
Circumuortitur abi *e. q. s.*

nisi quod To. *om.* ***CD*** — argentii ***Da***, argentii [tari] ***Db*** — Circumuortitur. abi ***FZ***. *Vnde sic Pylades:*

To. Fortasse metuis? iam a foro argentárii
Abeunt *e. q. s.*

Contra duobus hemistichiis auctior ***B***:

Fortaſſe metuiſ in manum concredere.
Mirum quin ciciuſ iam a foro argentarii
Abeunt quam in curſu rotula circumuortetur:

quae sic personis distinxit Camerarius: To. Fortasse — Do. Mirum — To. Abi —: *interpungi autem* Mirum quin . citius *Acidalius iussit. Pro quo* Mirum? quum citius *Rostius Opusc. p. 178. Atque horum duo ultimi versus possunt sane perperam iterati videri e v. 433. 434, si* in cursu rotula circumuortitur *pro antiqua ditto-*

Nimírum citius iam á foro argentárii
Abeúnt, quam in cursu rótula circumuórtitur.
Abi istác trauorsis ángiportis ád forum:
Eadem ístaec facito múlier ad me tránseat
Per hórtum.

DORDALVS.

Iam hic faxo áderit.

TOXILVS.

At ne própalam.

DORDALVS.

Sapiénter sane.

TOXILVS.

Súpplicatum crás eat.

DORDALVS.

Ita hércle uero.

TOXILVS.

Dúm stas, reditum opórtuit.

---

graphia habentur illorum ex porta ludis quom emissust lepus. *Quae ratio si cui placeat magis, inlapso emblemate expulsum esse Dordali responsum putandum erit in hanc speciem:*

To. Fortasse metuis in manum concredere
* * * * * * * * *
* * * * * * * * *
To. Abi istac *e. q. s.*

Quale illius responsum aliquod nescio an vel servatis, ut supra factum, versibus intercidisse ante v. 444 credendum sit

444. Abi iſtac trauorſiſ *codd. Lambini, item cod. Scaligeri.* Abii ſtracta uorſiſ ***B***. abi,[i]ſ tacta uorſiſ ***C***. abi iſ tacta uorſiſ ***D***. abi iſtac aduorſiſ ***FZ***. Abi istac auorsis *Camerarius.* Abi hac advorsis *Bothius nuper* 445. Eadem iſta hęc ***CDZ***. Adeſt iſta haec ***B***
446. ortum ***BF***

ACTVS IV.

T O X I L V S.

Si quám rem accures sóbrie aut frugáliter,
Solet ílla recte súm manus succédere.
Atque édepol ferme ut quísque [quidque occéperit,]
Sic ĕi procedunt póstprincipia dénique.
[Si málus aut nequamst, mále res uortunt quás agit:
Sin aútem frugist, éueniunt frugáliter.]
Hanc égo rem exorsus súm facete et cállide:
Igitúr bene prouentúram confidó mihi.

Act. IV. Scen. 1. TOXILVS ***BbZ***. Toxiluſ ſeruuſ ***F***. *om. reliqui* 449. frugaliter *hinc excerptum Gloss. Plaut.* 450. ſum manuſ *vel* ſummanuſ ***BCD***: *quod obscurare nolui.* ſub manuſ ***FZ***. ſū[in] manuſ ***Dc*** ſubcedere ***F*** 451. ferme *Scaliger.* firme *libri* quidque occeperit ***B*** *coll. v. 114.* rem accurat ſuam *libri, nisi quod* accurrat ***D***: *e v. 449* 452. procedunt postprincipia *Scaliger in Varr. de re rust. p. 254 ed. Steph.* procedit poſt principio *libri, nisi quod* procedat ***F***. procedit post principia *Camerarius. Corruptela Donato antiquior, cuius haec sunt ad Hecyr. III, 3, 33:* ‹an post duobus pro post duos? ut Plautus post principio denique; et post paulo›. *Totum versum sic Acidalius:* Principio, sic ei procedit post denique 453. 454. *Hos a Plautinis aperte segregat nexus sententiarum* 453. nequam eſt ***F*** uertunt *libri* 454. frugiſ te ueniunt ***B*** 455. facite ***Da***: facite[e] ***Dc*** 456. bene prouenturam *Bothius.* prouenturam bene ***B***. prouentura bene *reliqui. Non placet* prouenturam eam bene

Nunc égo lenonem ita hódie intricatúm dabo,
Vt ípsus sese, quá se expediat, nésciat.
Sagarístio, heus, exi átque educe uírginem,
Et istás tabellas, quás consignauí tibi,
[Ecfer], quas tu attulísti mi usque e Pérsia.

SAGARISTIO. TOXILVS. (VIRGO).

SAGARISTIO.

Numquíd moror?

TOXILVS.

Euge, éxornatu's básilice.
Tiára ut lepidam lépide condecorát schemam.
Tum hanc hóspitam autem crépidula ut graphicé decet.
Set sátine meditati éstis?

SAGARISTIO.

Tragici et cómici
Numquam aéque sunt meditáti.

TOXILVS.

Lepide hercle ádiuuas.

---

457. hunc *'codd. antiqui' Pii* hodiae ***B*** 458. ſe *om.* ***F*** 459. Sagariſcio ***B*** educ ***D*** 461. *Sic, addito* Ecfer (*vel* Adfer) *et deletis glossematis* ***R***. Quaſ tu attuliſti mihi ab ero meo uſque e perſia *libri, nisi quod* adt. ***F***. *Vbi* mihi *om. vulgo*

Act. IV. Scen. 2. SAGARISCIO TOXILVS ***B***. *om.* ***CDa***. SAGARISTIO TOXILVS SERVI ***Db*** *et addito* II ***Z***, duo ***F*** 462. euge ***R***. euge euge *libri* exornatus *edebatur* baſillice ***BC*** 463. *Sic duce Palmerio p. 751 Acidalius, profecti a Prisciani VI, p. 679 (I, p. 222 Kr.) hoc testimonio:* theatrum lepida condecorat ſchema. *Pro quibus* Tiara ornatum lepide condecorat tuum *libri, nisi quod* thiara ***F***, condecora ***FZ*** 464. autem] at ***Z*** trepidula ***FZ*** grafice ***D*** decet *sup. scr.* ***Db***: *om.* ***Da*** 465. satine meditati estis ***R***. ſatin eſtiſ meditati *libri* tr[a]g[i]ci ***B***. tagici ***Da*** comi[c]tj ***D*** *ead. m.* 466. eque

Age illúc abscede prócul e conspectu ét tace.
Vbi cúm lenone mé uidebis cónloqui,
Id erít adeundi témpus. nunc agite íte uos.

D O R D A L V S. T O X I L V S.

DORDALVS.

Quoí homini di própitii sunt, áliquid obiciúnt lucri.
Nam égo hodie conpéndi feci bínos panes ín dies:
'Ita mea ancilla quaé fuit hodie, súa nunc est: argénto uicit.
Iám hodie alienúm cenabit, níl gustabit dé meo.
Súmne probus, sum lépidus ciuis, qui Atticam hodie cíuitatem
Máxumam maiórem feci atque auxi ciui fémina?
Sét ut ego hodie fŭi benignus, út ego multis crédidi,
Néc satis a quiquam hómine accepi: ita prósum credebam ómnibus.

BC 467. SA. *praemittunt* ***FZ****: deterit Dousa fit.* abscede procul e conspectu *Dousa: ut v. 727.* aſpice deprocul in conſpectum *libri* et tace *continuans* TOXILO *Acidalius.* To. tace ***FZ*** *et spatio pro* To. *relicto* ***BCD*** 469. Id erit ***B****: nisi potius* Ibi erit *scripsit poeta.* id aderit ***CDFZ*** nunc ***BDcF***. nun ***CDaZ*** agite ite *Camerarius* agite ***DFZ***. age rite ***BC***. egerite *Bothius* *Act. IV. Scen. 3.* DORDALVS TOXILVS ***B***. DORRALVS LENO TOXIL' SERV' C ***Bb*** *et sine* C ***FZ****: sed* DORRALVS (D *supra*) ***Do*** 470. Quoi *pro* Cui ***B*** de ***B***. dii ***F*** obiiciunt ***FZ*** 471. coupendi *pro* comp. ***B*** feci binos panes *Camerarius.* fecibi nonſpaneſ ***B***. ſeci non paneſ *reliqui* 472. mea aucilla *Bothius.* ancilla mea *libri* que (a *supra*) ***C***. que ***B*** 473. coenabit ***Z*** 474. atthicam ***F*** 475. Maximam ***BCDZ*** auſi ***F*** ui (ci *supra*) ***D*** *ead. m.* foemina ***Z*** 476. ut ***BF***, *Lachmannus in Lucr. p. 289.* ut et ***CDZ*** hodie *om* ***F*** 477. quiquam ***B***. quoquam *reliqui* accipi ***B*** proſum ***CDZ***. prorſum

Néc metuo, quibus crédidi hodie, né quis mi in iure ábiurassit.
Bónus uolo iam ex hóc die esse: quód neque fiet néque fuit.

TOXILVS.

Húnc hominem ego hodie in trasennam dóctis inducám dolis:
Itaque huic insidiaé paratae súnt probe. adgrediár uirum.
Quid agis?

DORDALVS.

Credo.

TOXILVS.

Vnde agis te, Dórdale?

DORDALVS.

Credó tibi.

TOXILVS.

Dí dent quae uelís. eho, iam manu émisisti múlierem?

DORDALVS.

Crédo edepol, credo ínquam tibi.

TOXILVS.

Iam líberta auctu's?

B. prorſuſ ***F*** 478. adiuraſſit ***F*** 480. hominem ego ***AB***, *Guyetus*. ego hominem *reliqui* traſennam ***CDF*** *cum* ***A***: *ut Bacch. 792, Rud. IV, 7, 13.* traſſennam ***B***: *fortasse etiam rectius.* tranſemina ***Z*** transennam *Scutarius* inducam *Gruterus*. IIDUCAM ***A***. ducam *reliqui* 481. ITAQUEHUIC *etiam* ***A***: *pro quo nescio an poeta* Atque huic iam *dederit* pa^ra^tae ***B*** aggrediar ***FZ***. ADG. *etiam* ***A*** 482. Quiſ^t^ agis? Do. credo. To. unde ***F***, *Gruterus*. agiſ credo unde ***BCD***. agiſ. cedo unde ***Z*** te dordale *cum spatio* ***B*** tibi. ‖ To. Di dent quae uelis. eho *Camerarius*. tibi ‖ Di dent quae ueliſ eho ***B***. tibi di dent quae ueliſ eho ***CD***. tibi di dent quae ueliſ. To. eo ***Z***. Dii tibi dent que ueliſ. To. eho ***F*** eho iam *Bothius*. eho an iam *libri cum* ***A***. an iam *Guyetus* manue miſiſti ***B***. mánū emisti *Lachmannus in Lucr. p. 200* MULL . . . (*pro* mulierem) ***A*** 484. edepol ***AB***. epol ***CDZ***. aedepol ***F***. pol *Camerarius* LIBERTAAUCTUS ***A***. liberta auctuſ eſ ***B***. liber auctuſ eſ ***CD***. libera eſt ***FZ*** Do.

DORDALVS.

Énicas.

Quin tíbi me dico crédere.

TOXILVS.

Dic bŏna fide: iam líberast?

DORDALVS.

* * * * *

TOXILVS.

* * * * óbsecro.

DORDALVS.

I ád forum, e praetóre exquire, sí quidem mihi crédere non uis.

Líbera inquamst. écquid audis?

TOXILVS.

'At tibi di bene fáciant omnes.

Númquam enim posthac tíbi nec tuorum quoíquam, quod nolís, uolam.

F. *om.* ***Z*** enecaſ ***Dc*** 485. me *delebat Brixius p.* ***24,*** *pessimum trochaicum efficiens* credere dic ***BCD*** libera eſt ***BCDFZ.*** LIBERAES•OB•E••• ***A****: quod tum, cum eum librum tractari,* LIBERAESTOBSECRO *interpretatus sum. Deperditi versus exitum ut* obsecro *illud habeam, proxima Dordali verba me movent: nam nullo dum verbo, liberam esse, significavit* 487 I ad ***F*** *cum* ***A.*** I i ad *reliqui* EPRAETORE ***A.*** ad praetorem *reliqui* (pret. ***B***) MIHICREDERE ***A.*** credere mihi *reliqui: quod si sententia ferret, numeri non male sic procederent:* siquidem crédere mihi nón uis úiſ *(sic)* ***B*** 488. INQUAMST ***A.*** inquam eſt *reliqui* 489. *Inde ab hoc loco in versuum descriptione valde discrepare incipiunt, quibus adhuc prorsus convenit,* ***A*** *et* ***B.*** *Quorum ille tales exhibet:*

NUMQUAMENIMPOSTHACTIBINECTUORUMQUIQU••QUID
NOLISUOLAM ABINEIURASATISCREDO
UBINUNCTUALIBERTAST APUDTE AINAPUDMEST AIOIN
QUAMAPUDTEESTINQUAM
ITAMEDEIAMENTUTOBISTANCREMTIBIMULTABONAINSTANTAMR
NAMESTRESQUAEDAMQUAMOCCULTABAMTIBIDICERENUNC
EAMNARRABO

DORDALVS.

Abi, né iura: satis crédo.

TOXILVS.

'Vbi nunc tua libértast?

DORDALVS.

Aput te.

UNDETUPERGRANDELUCRUMFACIASFACIAMUTMEIMEMINE
RISDUMUITAMUIUAS
BENEDICTISTUISBENEACTISAURESMEAEAUXILIUMEXPOSCUNT

TUUMPROMERITUMESTMERITOUTFACIAMETUTMESCIAS
ESSEITAFACTURUM
TABELLASTENEHASPELLEGE HAEQUIDADME IMMOADTEALIE
NENTETTUAREFERT
NAMEXPERSIASUNTISTAECADLATAEMIHI ••••••••QUAN
DO HAUDDUDUM
QUIDISTAENARRANT PERCONCTAREEXIPSISIPSAETIBINAR
RABUNT
CEDOSANEMIHI ATCLARERECITATO TACEDUMPELLEGO •••T
HAUUERBUMFACIAM

Eorundem in B haec species est:

Nunquam enim poſthac tibi nec tuorum quod noliſ nolam.
Abi ne iura. ſatiſ credo. ubi nunc tua libertaſ apu[d]te ain apud me eſt?
Aio inquam. apud te eſt inquam. ita me di ament ut ob iſtam rém
Tibi multa bona inſtant a me. nam eſt reſ qu[a]ędam quam occultabam
Tibi dicere. nunc eam narrabo. unde tu pergrande lucrum faciaſ.
Faciam ut mei memineriſ dum uitam uiuaſ benedicis
Tuiſ benefacta aureſ meae auxilium expoſtulant.
Tuum promeritumſt merito ut faciam et ut meſſiaſ eſſe facturum
Tabellaſ tene haſ pellige. hae quid ad me immo atte attinent
Et tua refert. nam e perſia ad me allat[a]ę modo ſunt iſtae a meo domino.
Quando? haud dudum. quid iſta enarrant? percunctare ex ipſiſ
Ipſ et ibi narrabunt. cedo ſane mihi. at dare recitato.
Tace dum pellico. haud uerbum faciam.

TOXILVS.

Ain, áput mest?

DORDALVS.

Aio inquam: áput test, inquam.

TOXILVS.

Ita mé dei ament, ut ob ístanc rem tibi múlta bona instant á me.
Nam est rés quaedam, quam occúltabam tibi dícere: nunc eam nárrabo:
Vnde tú pergrande lucrúm facias: mei méminer is, dum uitám uiuas.

DORDALVS.

Béne dictis tuís bene facta aurés meae auxilium expóstulant.

A ***B***, *ubi taceo, non discrepant reliqui. Ex* ***A*** *autem pendere in versuum descriptione non dubitari, non veritus paullo inusitatiorem varietatem metrorum. Ceterum de v. 492. 493 496 dubitari posse suis locis aanotari. Nunc habes trochaicos octonarios (ut 472. 474. 478) v. 487. 488. 491. 496. 499, septenarios 489. 495; iambicum septenarium 498; anapaesticos octonarios 493. 494, septenarium 492, dimetrum 490; bacchiacos hexametros 497. 500*

489. quoiquam quod. *quod haud dubiis vestigiis* ***A*** *praestat, iam Lambinus. Mire argutatur cum de his tum de proximis omnibus Brixius p. 24* 491. libertaſt ***FZ*** apud te ***CDFZ***

492. rem (*pro* rém) ***CDFZ*** *Trochaicos numeros licebat sic tueri:*

'Ita me di ament, út ob istanc rém tibi multa bona instant a me.
Nam ést res quaedam quam óccultabam dicere tibi: nunc ĕam narrabo.

Vel priore versu istánc rem múlta bóna tibi instant a me

493. quaedam ***CDFZ*** ea *Nonius p. 210* 494. pergrandem lucrum *ut* 'masculini generis' *exemplum miro testimonio Nonius profert. Vbi* praegrande *vulgabatur olim* faciam ut *delevi. Quae qui servare malet, minus ut puto probabiliter deleto* uitam *sic scribet:*

Vnde tú pergrande lucrúm facias. faciam út mei memineris, dúm uiuas

ḍ ut ***D*** uita ***CDFZ***. uitam *etiam codd. Lambini*

495. benedictiſ ***CDFZ*** EXPOSCVNT *non habeo qui tuear sine*

TOXILVS.

Tŭum promeritumst, mérito ut faciam: et út me scias esse íta facturum,

Tabéllas tene hás, pellege.

DORDALVS.

Haé quid ad me?

TOXILVS.

Immo ád te attinént: et tua réfert.

Nam ex Pérsia adlataé mihi sunt ístaec.

DORDALVS.

Quando?

TOXILVS.

Hau dúdum.

DORDALVS.

Quíd istae narrant?

TOXILVS.

Pérconctare ex ípsis: ipsae tíbi narrabunt.

DORDALVS.

Cedo sáne mi.

TOXILVS.

At cláre recitáto.

DORDALVS.

Tace, dúm pellego.

TOXILVS.

Haú uerbum fáciam.

---

grauiore conatu 496 *anapaesticum describere, id quod ticuerat, nolui* Tu promeritu's *Guyetus* me ſciaſ ***CDFZ*** 497. pellige *etiam* ***CDa***. pellege ***DcFZ*** ad *correptum* me immo *sine spatio* ***B*** ad te ***CDFZ*** ALIENENT *planissime scriptum in* ***A***, *uitio manifesto* 498. *Sic* ***B*** *detetis (ut v. 461) glossematis, quibus suo uterque modo et* ***B*** *cum ceteris et* ***A*** *uitiati sunt, coniunctis eis ut fit cum uerborum transpositione. In litterarum spatia, quae post* MIHI *sunt in* ***A***, *quadrant* ABEROMEO allatae ***CD***. adlatae ***FZ*** dudum ***DcFZ***. dubium ***CDa*** 499. iſtae narrant ***CDFZ***. istaec narrant *Camerarius* Ipſae tibi ***CFZ***. Ipſ&tibi ***D*** 500. cedo ***C*** clare ***CDFZ*** pellico *etiam* ***C***. pelligo ***Da***. pellego ***DcFZ***.

DORDALVS.

‘Salútem dicit Tóxilo Timárchides
Et fámiliae omni. sí ualetis, gaúdeo.
Ego uáleo recte et rém gero et fació lucrum,
Neque istóc redire his ócto possum ménsibus:
Ita híc est, quod me détinet, negótium.
Chrysópolim Persae cépere urbem in 'Arabia,
Plenúm bonarum rérum atque antiquom óppidum.
Ea cómportatur praéda, ut fiat aúctio
Poblícitus: ea res mé domo expertém facit.
Operam átque hospitium ego ísti praehiberí uolo,
Qui tíbi tabellas ádfert. cura quae ís uolet:
Nam míhi is honores sŭae domi habuit máxumos.’
Quíd id ad me aut ad mĕam rem refert, Pérsae quid rerúm gerant,
Aút quid erus tuus?

TOXILVS.

Táce, stultiloque: néscis, quid te instét boni.
Nequiquam tibi Fortúna faculam lúcrifica adlucére uolt.

Quam vocem quae in **A** *sequuntur quattuor litterae* •••T, *non expedio, cum nec ad sententiam nec ad versum quicquam desit*

501. dixit **D** thimarchideſ **F** 502. famili[a]e omni ſuia letiſ **B** gaudio **BaD** 504. ISTOC **A**, **F**. iſto *reliqui* redire **DcFZ** *cum* **A**. reddere **BCDb** oſto **B** milnſibuſ **Ba**, *unde* mienſibuſ *effectum ead. m.* 505. Ita **B**. Itaque *libri cum* **A** negocium **BFZ** 506. CHRYSOPOLIM **A**. Cleuſipolim **BCD**. cleoſipolim **F**. eleuſipolim **Z** perſe **BCD** coepere **C**. cepere **Z** 507. Plenum *Guyetus*. Plenam *libri cum* **A** antiquom *pro* antiquum **B** opidum **DF** 508. COMPORTATUR **A**. comparatur *reliqui* preda **C**. prae **B** 509. Publicituſ **BZ**. Pollicituſ **CD**, Policituſ **F**: *in quo latet* Poblicituſ 510. opera **D** hoſpicium **B** preberi **F** 511. adfert **B**. affert *reliqui cum* **A** qua eiſ **D** 512. mihi is **B**. iſ mihi *libri cum* **A**, *nisi quod* hiſ **Da** MAXIMOS **A**, **F** 513. Do. *praemittit* **Z**, *spatium* **CD** rem *sup. scr.* **B** perſe **BC** RERUNGERANT **A**. rerum gerum gerant **F** 514. te inſtet **AB**. inſtet *reliqui, nisi quod* inſet **D** 515. *Iambicum convertere in trochaicum nescii* NEQUEQUAM **A**. Nequicquam **FZ** lucrifica **B**.

DORDALVS.

Quaé istaec lucrificást Fortuna?

TOXILVS.

'Istas, quae norúnt, roga:
Égo tantumdem scío quantum tu, nísi quod pellegí prior.
Sét ut occepisti, éx tabellis nósce rem.

DORDALVS.

Bene mé mones.
Fác silentiúm.

TOXILVS.

Nunc ad illut uénies, quod refért tua.

DORDALVS.

'Iste, quí tabellas ádfert, adduxít simul
Forma éxpetunda líberalem múlierem,
Furtíuam abductam ex 'Arabia penitíssuma.
Eam té uolo curáre ut istic uaéneat.
At sŭo periclo is éam emat, qui mercábitur:
Mancúpio neque prom̄íttet neque quisquám dabit.
Probum ét numeratum argéntum ut accipiát, face.
Haec cúra: et hospes cúra ut curetúr. uale.'

TOXILVS.

Quíd igitur? postquám recitasti, quód erat cerae créditum,

---

lucrificam ***DcZ*** *cum* ***A***. lucificam *reliqui* ADLUCERE ***A***. allucere ***B***. allicere *reliqui* uolt *omnes cum* ***A*** 516. ilta et ***B***. iſtec ***C*** LUCRIFIBAESTFORTUNA (*sic*) ***A***. fortuna lucrifica eſt *reliqui* 517. TANTUMDEM *pro* tautundem ***A*** PERLEGI ***A*** 518. cepiſti (oc *supra*) ***B*** TABELLE••OSCE *planissime* ***A*** uoſcerē ***Z*** 519. uenteſ ***C*** 520. affert ***F*** (*non* ***A***) 521. expetenda *libri* 522. Furtiue *Bothius: vere fortasse* abductam ***B***. AB•••CTAM ***A***. adductam ***CDFZ***, *item hunc v. afferens Priscianus III, p. 608 (I, p. 121 Kr.)*. aduectam ***B***. *Nisi* auectam *potius scripsit poeta* penitiſſima *libri* 523. CURARE ***A***. accurare *reliqui* ueneat *libri cum* ***A*** 524. periclo ***BCD***. periculo ***FZ*** *cum* ***A*** is eam emat qui ***B***. ISEMATQUI ***A***. iſ emat qui eam *reliqui. Non satis fecit Kampmannus de reb. mil. Pl. p. 24* 525. Mancipio *libri cum* ***A*** PROMITTE••NEQUE ***A***, *et ut proxima post* E *littera visa sit* s *esse* 528. caere ***BC***. cęre ***Z***

Iám mihi credis?

DORDALVS.

'Vbi nunc illest hóspes, qui hasce huc áttulit?

TOXILVS.

Iam híc credo aderit: árcessiuit íllam a naui.

DORDALVS.

Níl mi opust

Lítibus neque trícis. quamobrem númerem ego argentúm foras?

Nísi mancupio accípio, quid eo míhi opust mercimónio?

TOXILVS.

Tácen an non tacés? numquam ego te tám esse matulam crédidi.

Écquid metuis?

DORDALVS.

Hércle uero: sénsi ego iam complúriens,

Néque mi haut imperíto eueniet, táli ut in luto haéream.

TOXILVS.

Níl pericli míhi uidetur.

DORDALVS.

Scío istuc: set metuó mihi.

TOXILVS.

Mĕa quidem nihil ístuc refert: túa ego facio grátia.

---

529. ille eſt ***F*** QUIHASCEHUC ***A***. qui haſce *reliqui, nisi quod* aſce ***B***. hasce qui *Guyetus* 530. arceſſiuit ***BCD***. accerſiuit ***FZ***. ACCE — ***A*** illam a naui nihil ***B***. illa mandauit nihil *reliqui* opuſ eſt *libri* 531. TRICIS ***A***. trichiſ ***BC***. trohiſ ***D***. troiſ ***F***. trochiſ ***Z*** numerum ***BCD*** 532. mancipio *libri cum* ***A*** opust ***B***. OPUSEST ***A***. opuſ *reliqui* 534. Ecquid metuis? Do. hercle ***B***. Quid metuiſ. Do. metuo hercle ***FZ*** *et sine* Do. ***BCD*** *cum* ***A***, *item hunc v. afferens Nonius p.* 87 iam *om. Nonius* complarieſ ***FZ***, *Nonius, et nisi fallor etiam* ***A***. complurienſ *cum reliquis etiam Gloss. Plaut.* 535 haut ***B***. haud *reliqui cum* ***A*** luto ***B*** *cum* ***A***. ludo *reliqui, item codd. Lambini* heream ***BC*** 536. pericli *libri cum* ***A***. periculi *Camerarius* MIHI ***A***, *Kampmannus de reb. mil. Pl. p.* 26. *om. reliqui* SET ***A***. ſed *reliqui* 537. nihil istuc *Bothius*. iſtuc nihil *libri cum* ***A*** FACIO ***A***. refero *reliqui* gracia ***B***

*   *   *   *   *   *   *

'Vt tibi recte cónciliandi prímo facerem cópiam.

DORDALVS.

Grátiam habeo: sét te de aliis, quam álios de te suáuiust
Fíeri doctos.

TOXILVS.

Né quis uero ex 'Arabia penitíssuma
Pérsequatur. étiam tu illam déstinas?

DORDALVS.

Videám modo
Mércimonium.

TOXILVS.

Aéqua dicis. sét eccum ipse optume áduenit
Hóspes ille, qui hás tabellas áttulit.

DORDALVS.

Hicinést?

TOXILVS.

Hic est.

DORDALVS.

Haécine illast furtíua uirgo?

TOXILVS.

Iúxta tecum aequé scio,
Nísi quia aspicio. ét quidem edepol líberalist, quísquis est.

---

538. *Intercidit ut puto versiculus, quo referretur in proximo* facerem, *velut talis:*

Nam iccirco equidem té scire hanc rem nólui de ista uirgine

539. Graciam ***B***   aliſ ***B***   ſuauiuſt ***B*** *cum* ***A***. ſuauiuſſt ***CD***. ſuauiuſ eſt ***FZ***   541. ARABIA ***A***, *Pylades*. barbaria *reliqui* penitiſſima ***CF*** (*non* ***A***)   543. eccum ipse optume ***R***. optime eccum ipſe *libri cum* ***A***, *nisi quod* optume ***DFZ*** — ipſe ***C***, ipſam ***F***   ADUENIT ***A***: *et sic duce Pylade Camerarius*. adunt ***B***. addunt ***CD***. adducit ***Z***. abducit ***F***   544 quiaſ ***B***   HICINEST ***A***. hiccineſt ***B***. hiccine eſt *reliqui*   645. HAECINE ***A***. Hecine ***BC***. Hecineſt ***D***. Hecine ***Z***. Heccine ***F***   ILLAEST ***A*** illaſt *reliqui*   ſcio eque ***B***   546. quia *Camerarius*. qui *libri* aſpicio ***R***. aſpeci ***B***. aſpexi *reliqui*   et quidem *Bothius*. equidem *libri*, ea quidem ***R*** *Proleg. in Trin. p.* LXXVIII. haec quidem

DORDALVS.

Sát edepol concínnast facie.

TOXILVS.

'Vt contemptim cárnufex.

Táciti contemplémur formam.

DORDALVS.

Laúdo consiliúm tuum.

SAGARISTIO. VIRGO. TOXILVS. DORDALVS.

SAGARISTIO.

Sátin Athenae tíbi sunt uisae fórtunatae atque ópiparae?

VIRGO.

'Vrbis speciem uídi, mores hóminum perspexí parum.

TOXILVS.

Númquid principió cessauit uérbum docte dícere?

Guyetus liberaliſſt ***C*** est *Pylades.* eſ *libri* 547. concinna est *Camerarius.* concinnaſ ***CD***. conciunaſ ***B***. conciuna ***FZ*** facies *coni. Camerarius* contemptim *hinc excerptum Gloss. Plaut.* contemnit carnifex ***F*** 548. formam laudo ***BCD*** *sine spatio*

Act. IV. Scen. 4. SAGARISTIO TOXIL' DORDALVS LENO. SERVI. II. VIRGO ***Db***. *om.* ***BCDa***. Sagariſtio. Perſa uirgo. Toxiluſ ſerui II. Dordaluſ leno ***Z***: *item, nisi quod* Sagariſtio ſeruuſ, ***F*** 549. athena et ibi ***B*** sunt uisae *Bothius:* uisae sunt *Guyetus.* uiſae *libri* a^{t}que ***B*** opipare ***C*** 550. *Perversas in* ***F*** *personarum notas praetermisi* urbi^{s} ***D*** *ead. m.* ſpeclem ***BC***. ſpedem ***Da*** mores hominum *Guyetus.* hominum moreſ *libri* perspexi *Camerarius.* proſpexi *libri* 551. principio *Guyetus.* in principio *libri. Errant Beckerus Qu. p. 12, Kampmannus de IN praep. p. 20* cessat, *servato* in, *Bothius*

DORDALVS.

Haút potui etiam in prímo uerbo pérspicere ~~eius~~ sapiéntiam.

SAGARISTIO.

Quíd, quod uidisti? út moenitum múro uisumst óppidum?

VIRGO.

Si íncolae bene súnt morati, púlcre moenitum árbitror.
Pérfidia et peculátus ex urbe ét auaritia si éxulant,
Quárta inuidia, quínta ambitio, séxta autem obtrectátio,
Séptumum periúrium

TOXILVS.

Euge.

VIRGO.

Octáua indiligéntia,
Nóna iniuria, éxtumum, quod péssumum adgressúst, scelus:
Haéc unde aberunt, [sána et salua] sát erit sem[per cí-
uitas;]
'Vbi aderunt, rebús seruandis céntuplex murús parumst.

---

doctum *Dousa* 552. Haut *pro* Haud **B** perficere **CD** eius **B²**. *om. libri* 553. Quid quod **B²**. Quid id quod *libri* moenitum **B²** *duce proximo uersu.* munitum *libri* uisumst oppidum **B**. tibi uiſumſt oppidum *libri, nisi quod* opidum **B²F**. tibi uisum oppidumst *Guyetus* 554. pulchre *libri* moenitum **B**. monitum **CD**. munitum *reliqui* 555. Perfida **B** auaricia **BF** 556. ambicio **B** sexta autem **B²**. ſexta *libri*. sextaque *Guyetus* 557 Septimum *libri* 558. extumum *ausus sum: nisi* ultumum *males.* decimum *libri* peſſumum *libri* ADGRESSUST^V^SCELUS **A**. adgreſſuſ celiſ **B**. adgreſſu ſceluſ *reliqui* 559. 560 *sic concinnari ex his in* **A** *reliquiis:*

HAECUNDEABERUNT — — — — — SATERITSEM — —

UBIE • ABERU • • CENTUPLEXMURUSREBUSSERUANDISPARUMST

Quorum loco hunc unum **BCDF** *exhibent:*

Haec unde aberunt, centuplex muruſ rebuſ ſeruandiſ parum ſit *(nisi quod* Hec **C**)*: itemque* **Z**, *nisi quod ea* Haec niſi unde *habet ab initio: pro quo* Haec nisi inde *Pius*, Haec ni inde *Pareus*, Haec nisi *Guyetus*, Haec ni *Bothius* 560. rebus seruandis centuplex murus *transposuit Bothius. Non mutato ordine* decuplex *Guyetus*, centuplus *cum Wasio de senar. p. 183 Brixius Qu. p. 22* parumst

TOXILVS.

Quíd ais tu?

DORDALVS.

Quid uís?

TOXILVS.

Tu in illis és decem sodálibus:
Té in exilium ire hnc oportet.

DORDALVS.

Quíd iam?

TOXILVS.

Quia periúrus es.

*   *   *   *   *   *   *   *

DORDALVS.

Vérba quidem haut indócte fecit.

TOXILVS.

Éx tuo inquam usúst: eme hanc.

DORDALVS.

Édepol qui quom hanc mágis contemplo, mágis placet.

TOXILVS.

Si hanc émerís,
Di ínmortales, núllus leno te álter erit opuléntior.
Éuortes tuo árbitratu hómines fundis, fámiliis:
Cum óptumis uirís rem habebis, grátiam cupiént tuam,
Véniunt ad te cómissatum.

DORDALVS.

At ego íntromitti [nón sinam.]

---

iam Pylades 561. ſodalibſ **B**. ſolibuſ **D**a (da) 562. eſt **D**

Post hunc v. vix dubium est quin tale quid interciderit:

DOR. 'At te di perdáut. TOX. mitte istuc. quid ais, haec ut tibi placet?

563. haut *pro* haud **B** uſuſt eme **DFZ**. uiſuſt eme **C**. uſſu teme **B** 564. qui] quin *Bothius* cum *libri*. quam *Lambinus* placet ſi **BCD** 565. Di *pro* Dii **B** inmort. *pro* imm. **CD** 567. optimiſ *libri* graciam **B** cupient] concipient **B**: *unde* concupient *Rittershusius apud Sciopp. Susp. lect. III, 1* 568. comiſatum **B**. comeſſatum **Z**. commeſſatum **F**

non sinam *Lambinus. om. libri.* non uolo *vel* uetuero *coni. Ca-*

TOXILVS.

'At enim illi noctu óccentabunt óstium, exurént foris.
Proínde tu tibi iubeas concludi aédis foribus férreis,
Férreas aedís commutes, límina indas férrea,
Férream seram ánulumque: né, si ferro párseris,
Férreas tibi túte inpingi uídeas crassas cónpedis.

DORDALVS.

I in malum cruciátum.

TOXILVS.

I sane, eme hánc atque auscultá mihi.

DORDALVS.

Módo sciam, quanti índicet.

TOXILVS.

Vin húc uocem?

DORDALVS.

Ego illo accéssero.

TOXILVS.

Quíd agis, hospes?

SAGARISTIO.

Vénio, adduco hanc, út tibi dudum díxeram.
Nam út heri in portum nóctu nauis uénit, uaeniri hánc uolo,

---

merarius 569. To. *idem. om. libri* At **BC**. Hac **DFZ** occendabunt **Ba** hoſtium **DFZ** 570. To. *praemittunt* **FZ**: *om. Camerarius* tu *sup. scr.* **B** iube,ſ (a *sup. scr.*) **B** aediſ *pro* aedeſ **B** limina] lureina *an* lunina *an* lineina *in* **B** *sit, non liquet* 572. annulumque *Guyetus.* atque anulum *libri.* atque anellum *Bothius* ſiſ **BCDF** parſieriſ **F** 573. tibi tute *Bothius.* tute tibi *libri, nisi quod* tibi *om.* **Da**, *sup. scr.* **Db** inp. *pro* imp. **BC** uideas *coni. Lambinus.* iubeaſ *libri* compedeſ **F** 574. I in] in **DZ** cruciatum. To. i sane, hanc *Camerarius.* cruciatum, i ſaue. To hanc **FZ** eme hanc **R.** hanc eme *libri* *Nisi deleto* atque *talem versum probabis:* i sane tu. hanc eme: ausculta mihi. 575. Modo *Guyetus.* Modo uti **BC.** Modo ut **DFZ** quantum dicet **DFZ** accerſeo **B** 576. agiſ **Ba.** aiſ **Bb** *cum reliquis* ut tibi dudum **R.** ut dudum **CDFZ.** ut *sine* dudum **B.** uti dudum *Camerarius* 577. ut **R.** *om. libri* ueniri *libri: quam 'priscam lectionem' dicit*

Sí potest: si nón potest, ire hínc nolo quantúm potest.

DORDALVS.

Sáluos sis, aduléscens.

SAGARISTIO.

Siquidem hanc uéndidero pretió suo.

TOXILVS.

'Atqui aut hoc emptóre uendes púlcre aut alio nón potest.

SAGARISTIO.

Ésne tu huic amícus?

TOXILVS.

Tamquam di ómnes qui caelúm colunt.

DORDALVS.

Túm tu mi es inimícus certus: nám generi lenónio
Númquam ullus deus tám benignus fŭit qui fuerit própitius.

SAGARISTIO.

Hóc age. opusnest hác tibi empta?

DORDALVS.

Sí tibi uaenissést opus,
Míhi quoque emptast: sí tibi subíti níhil est, tantundémst mihi.

SAGARISTIO.

'Indica, fac prétium.

DORDALVS.

Tua merx ést: tua indicátiost.

TOXILVS.

Aéquom hic orat.

---

etiam Pius. uenire *post Pium Camerarius* 579. Saluuſ *et* adoleſcenſ *libri omnes* precio ***BFZ*** 580. emptor^{e} ***Da*** pulchre *libri* POTEST ***A***. poteſ *reliqui* 581. Eſtne ***BCD*** *cum* ***A*** huic tu ***B*** dii ***F*** celum ***BCDF*** 583. deuſ] de *e corr.* ***B*** quin *Bothius: contra quem non satis recte dixit Balbachius Obss. crit. p. 40 sqq.* 584. opuſneſt *vel* opuſ neſt ***BCDZ***. opuſ non eſt ***F*** hac ***FZ***. haec ***BCD***: *quod frustra sit qui tueatur* ueniſſeſt ***BCDZ***. ueniſſe eſt ***F***. VEN— *etiam* ***A*** 585. emptaſt *pro* empta eſt ***B*** subiti *om.* ***A***. ſubiici ***F*** tantundeſt ***B*** 586. precium ***BFZ*** merſ ***BCD*** eſt *om.* ***F*** indicatio eſt *libri* 587. Aequum hic orat *Camerarius.*

SAGARISTIO.

Vín bene emere?

DORDALVS.

Vín tu pulcre uéndere?

TOXILVS.

Égo scio hercle utrúmque uelle.

DORDALVS.

Age, índica prognáriter.

SAGARISTIO.

Príus dico: hanc mancúpio nemo tíbi dabit. iam scís?

DORDALVS.

Scio.

'Indica, minumó daturus quí sis, qui ducí queat.

TOXILVS.

Táce, tace: nimis tú quidem hercle homo stúltus es pueríliter.

DORDALVS.

Quíd ita?

TOXILVS.

Quia enim te éx puella príus percontarí uolo,
Quae ád rem referúnt.

DORDALVS.

Atque hercle tú me monuisti haút male.

Aequo mihi corat ***B***. aequo mihi curat ***CD***. equo m[i] curat ***F***. equum hic curat ***Z*** emere uine tu ***B***. emere || Vinctu ***CDa*** pulc[r]he ***B***. pulchre *reliqui* uendere] emere uendere ***B*** 588. Ego ſcioer deutrumque ***B***. cor ſcio hercle utrum *Nonius p. 150* BELLE ***A***, *Nonius* Do. *om.* ***B*** *sine spatio.* (*In* ***CD*** *initium versus fit ab* Age) ate *Nonius* prognariter *cum libris* (*nisi quod* prognarier ***Da***) *Nonius p. 150 et p. 154: item Gloss. Plaut.* prognauiter *Lambinus.* praegnauiter *Acidalius* 589. MANCIPIO ***A*** 590. minimo *libri* daturuſ. SA. qui ***FZ***: *corr. Saracenus* ſciſ ***F*** 591. hercle *om.* ***A*** eſt *vel* ẽ ***BCD*** 592. ENIMEXPUELLATEPRIUS *apparere in* ***A*** *visa sunt: pro quibus alio tempore dubitavi num haec potius in eo libro extarent:* TEIAMEXPUELLAPRIUSTE perconctari ***F*** 593. Ea quae refert *Guyetus* Que̅ ***B*** ATQ· ***A***. et qui ***CDZ***. ecqui ***F***. et quidem ***B***. atqui *Pylades*

TOXILVS.

Quó genere aut qua in pátria nata sít aut quibus paréntibus.

DORDALVS.

Víde sis, ego ille dóctus leno paéne in foueam décidi,
Ni híc adesses. quántist hominem amícum adhibere, ubi quíd geras.

TOXILVS.

Né temere hanc te emísse dicas me ímpulsore aut íulice,
Vólo te percontári.

DORDALVS.

Quin laudo, ínquam, consiliúm tuum.

TOXILVS.

Nísi molestumst, pércontari hanc paúcis hic uolt.

SAGARISTIO.

Máxume,
Suo árbitratu.

TOXILVS.

Quíd stas? adi eum túte atque ipse itidém roga,
'Vt tibi percontári liceat quaé uelis: etsí mihi
Díxit dare potéstatem eius; sét ego te maló tamen
Eumpse adire, ut né contemnat te ílle.

---

hercule ***B***   594. *Huc reposui, quem libri cum **A** post v. 596 conlocant: quando minus aptus ei post v. 592 locus*   nata ſit ***B*** *cum* ***A***. ſit nata *reliqui*   595. *ante* uide *personae spatium* ***C***   ille ego *Guyetus*   ILLE•OATUS ***A*** *ut vid.*   pene ***BZ***. bene ***DF***   DECIDI || NI ***A***. decidi ni || Ni ***B***. decidi ni ***C***. decidi niſi *reliqui*   hic] id ***F***   adesset *Dousa*   quanti ē ***Db***. quantum eſt *reliqui cum* ***A***   HOMINEMAMICUMADHIBERE (*quibus verbis terminatur pagina*) ***A***. adhibere hominem amicum *reliqui*   ubi quid geras] ••••QUANTUMQ•••••UBIQUIDGERAS ***A*** *in summa pagina*

597. te ***B*** *cum* ***A***. *om. reliqui*   MEIMPULSOREAUTINLICE ***A***. ſuaſu atque impulſu (inp. ***C***) meo *reliqui*   598 *accessit ex* ***A***

599. eſt *libri cum* ***A***   uult *libri praeter* ***A***   maxime *libri cum* ***A***   600. ſuo || Arbitratu ***B***   Tox. *Pylades.* Dor. ***FZ***   adi eum ***R***. abi ***BDcFZ***. habi ***C***. habit ***Da***. A•.•IS ***A***

601. PERCUNTARI ***A***   602. *ante* dixit *personae spatium* ***CD***

603. Eumpse ***R***. EUMSI ***A***. Eum ipſe ***BCDZ***. eum ipſum ***F***. *Camerarius*   contempnat ***C***   Dor. *Pylades.* Tox ***FZ***

DORDALVS.

Satis recté mones.

Hóspes, uolo ego hanc pércontari.

SAGARISTIO.

A térra ad caelum quídlubet.

DORDALVS.

Iúbe dum ea hoc accédat ad me.

SAGARISTIO.

I sáne ac morem illí gere.

Pércontare, exquíre quiduis.

TOXILVS.

'Age age nunc tu: in proélium

Víde ut ingrediare aúspicato.

VIRGO.

Líquidumst auspiciúm: tace.

TOXILVS.

Cúrato ut praedáti pulcre ad cástra conuortámini.

VIRGO.

Fácdum huc * * * * táceas: curabo út uoles.

TOXILVS.

Cóncede istuc: iam égo illam adducam.

---

604. CAELUM *etiam* **A** 605. DOR. *Pylades.* TOX. **FZ**. *Parum recte haec et proxima personis distribuit Rostius Opusc. p. 178 sqq.: nec felicius Acidalius argutatur* HOC (*i. e.* huc) **A**. huc *reliqui, nisi quod* ạc huc **B** 606. TOX. *Pylades.* DOR. **FZ** INPROELIUM **A**. inproe **B**. impera *reliqui.* i prae. para *Camerarius.* in praelium, imperor *suos libros habere Lambinus testatur* 607. Vide *huius v. initio libri cum* **A** VIR. *Bothius.* TOX. **FZ**. DOR. *Pylades* LIQUIDUMST **A**. liquidum eſt *reliqui* auſpicium tace **B**. auſpicium || Tace *reliqui.* auspicium. TOX. tace *Pylades* 608—610. *Tres versus* **A** *servavit hosce:*

CURATOUTPRAEDATIPULCHREADCASTRACONUERTAMINI

CONCEDEISTUCEGOILLAMADDUCAM AGEUTREMESSEINOSTRAMPUT•AS

FACDUMHUC — — — — — — TACEA•CURABOUTUOLES

quos ego, transposito extremo, sic uti supra factum personis distribui, medium hoc fere supplemento redintegrans:

Fácdum huc [ne moram ádferas et] táceas: curabo út uoles.

DORDALVS.

Age, út rem esse in nostrám putas.

TOXILVS.

Séquere me. adduco hánc, si quid uis éx hac percontárier.

DORDALVS.

Énim uolo te adésse.

TOXILVS.

Hau possum, quín huic operam dem hóspiti,
Quoí erus iussit. quíd, si hic non uolt mé adesse una?

SAGARISTIO.

Immo í modo.

TOXILVS.

Dó tibi ego operam.

DORDALVS.

Tíbi ibidem das, úbi tu tuum amicum ádiuuas.

TOXILVS.

Éxquire. heus tu, aduígila.

VIRGO.

Satis est díctum. quamquam ego sérua sum,
Scío ego officium meum, út quae rogitet, uéra ut accepi éloquar.

TOXILVS.

Vírgo, hic homo probúst.

Pro quibus unus exstat in reliquis, quem talem ***Ba*** *exhibet:*
Concede ſi ſuam ego illam adducam age ut rem eſſe in noſtram putaſ
ubi personae spatium ante concede ***CD*** — ſi ſiam ***Bb***, ſiſ iam *reliqui* — Dor. age ***FZ*** 611. adduco || Adduco ***CD*** 612. hau ***B***. HU ***A***. haud *reliqui* possim *Gronoviana* huic ***B***, *Pius.* huc *reliqui* 613. QVOI *pro* Cui ***A*** ſi hic ***B***. hic ſi *reliqui* uult *libri* 614. TIBIEGO ***A***. ego tibi *reliqui* tibi idem *'libri veteres' Lambini.* tibi itidem *Guyetus. Cf. Handium Turs. III, p. 171* adiuuaſ. exquire. Tox. heuſ ***FZ*** *(nisi quod* heruſ *pro* heuſ ***F***). *Correxit Acidalius* est] ego ***B*** 616. rogiter *coni. Gruterus* 617. probust ***B***. probuſ eſt *libri. Transposuere* Hic homo, uirgo, probus est *Guyetus*, Virgo, probus

VIRGO.

Credo edepol.

TOXILVS.

Nón diu aput hunc séruies.

VIRGO.

'Ita pol spero, sí parentes fácient officiúm suum.

DORDALVS.

Nólo ego te mirári, si nos éx te percontábimur
Aút patriam tuam aút parentes.

VIRGO.

Quór ego id mirér, mi homo?
Séruitus mea mi ínterdixit, né quid mirer mĕum malum.

DORDALVS.

Nóli flere.

TOXILVS.

At dí istam perdant: íta catast et cállida.
'Vt habet sapiens cór: quam dicit quód opust.

DORDALVS.

Quid nomén tibist?

TOXILVS.

Núnc metuo ne péccet.

---

est hic homo, *non ineleganter Bothius* edepol (*vel* equidem) ***R***. *om. libri* 618. oficium ***D*** 619. minari ***BCD*** (minariſ noſ ***B***) 620. QUR ***A***. cur *reliqui* EGOHICMIRERHOMOMI ***A*** 621—623 *duobus versibus* ***B*** *sic complectitur:* Seruituſ ... perdant, Ita ... tibi eſt 621. meum malum ***B*** *cum* ***A***. malum meum *reliqui*

622. Do. Noli flere. To. at di istam ***R***. NOLIFLERE A•••ISTAM ***A***. di iſtam ***CDZ***, dii iſtam ***BF***, *nec quidquam praeterea. Quo magis mirandum in Lambiniana editum esse fontis indicio nullo* To. Noli flere. Vi. ah. To. dii istam. *Quod ille vix dubium est quin e Turnebi membranis illis hauserit, de quibus in Welckeri Naekiique Mus. phil. Rhen. t. IV p. 155. 531 sqq. dictum est* CATAST ***A***. cata eſt ***BCDZ***. acuta cauta eſt ***F*** 623. Vt habet sapiens ***R***. UTSAPIENSHABET ***A***. Habet ***BFZ***, *item* ***CD***, *sed hi post lacunam quae hac fere specie est:*

Malum meum   di iſtam perdant ita cata eſt et callida
habet cor quam dicit quod opust   quid nomen
Tibi eſt   non te *e. q. s.*

quam] qū (*h. e.* quando) ***F*** opuſ eſt ***F*** QUOD ***A***. quid *reliqui* TIBIST ***A***. tibi eſt *reliqui* 624. Nunc ***FZ*** *cum* ***A***.

VIRGO.

Lucridei nómen in patriá fuit.

TOXILVS.

Nómen atque omén quantiuis iámst preti. quin tu hánc emis?

Nímis pauebam né peccaret: éxpediuit.

DORDALVS.

Sí te emam,

Míhi quoque Lucridém confido fóre te.

TOXILVS.

Tu si hanc émeris,

Númquam hercle hunc mensém uortentem, crédo, seruibít tibi.

DORDALVS.

'Ita uelim quidem hércle.

TOXILVS.

Optata ut cónuenant, operam áddito.

Níhil adhuc peccáuit etiam.

DORDALVS.

'Vbi tu nata's?

VIRGO.

'Vt mihi

Máter dixit, ín culina, in ángulo ad laeuám manum.

TOXILVS.

Haéc erit tibi faústa meretrix: nátast in calidó loco,

Nonte ***BCD*** LVCRIDEI ***A***. lucridi ***BCDZ***. lucride ***F***
a
625. qntiuiſ ***B*** IAMEST ***A***. eſt *reliqui* PRETI ***A***. pretii ***CD***. precii ***BFZ*** 626. Do. si . . . . quoque *om.* ***F*** confido]
confido
mihi ***Da***. mihi ***Db*** te] re *Pontanus* Tox. *om.* ***F***
628. unquam ***F*** hercule ***B*** uortentem *pro* uert. ***F***
629. hercule ***B*** optata ***FZ***, *pars. codd. Lambini.* opta ***BCD***, *alii codd. Lamb.* conuenaut ***R***. conueniant ***BCDZ***. eueniant ***F***, *codd. Lamb.* 630. nata eſ *libri* mihi mater || Dixit ***B*** inquilina *Lipsius Ant. lect. I, c. 9* leuam ***BC***
l
632. tibi erit ***B*** nata eſt *libri* calido ***B***. callido *re-*

'Vbi rerum omniúm bonarum cópiast. scitissume
Táctust leno, quí rogarat, úbi nata esset, díceret.
Lépide lusit.

DORDALVS.

'At ego patriam té rogo quae sít tua.

VIRGO.

Quaé mihi sit, nisi haéc ubi nunc sum?

DORDALVS.

At égo illam quaero, quaé fuit.

VIRGO.

'Omne ego pro nihilo ésse duco, quód fuit: quandó fuit.
Támquam hominem, quando ánimam ecflauit, quíd eum quaeras quí fuit?

TOXILVS.

'Ita me di bene amént, sapienter. átqui me miserét tamen.

DORDALVS.

Sét tamen, uirgó, quae patriast túa, age mi actutum éxpedi.
Quíd taces?

VIRGO.

Dico équidem: quando hic séruio, haec patriást mea.

---

liqui, sed callido ***Dc*** 633. copioſa ***C*** est. scitissime ‖ Tactust *Acidalius.* eſt ſepiſſime. ‖ Tactuſ eſt *libri, nisi quod* ſt (copiaſt) ***F***, ſep. ***Z***. *Etiam de* copia est copissima. Tactust *Acidalius cogitabat: de* sapidissima *Gruterus* rogarat *Camerarius.* rogaret *libri* uti ***F*** 635. iuſſit ***B*** tua] tuet ***B*** 636. Que ***B*** illa quero ***B*** 637. DVCO ***A***. ducto *reliqui* quod] q̄ ***F*** 638. ECFLAVIT ***A***. et flauit ***BCD***. efflauit ***FZ*** queraſ ***B*** qui aſuit ***Da*** 639. dii ***F*** atqui me miseret ***R***. ATQUE······ET ***A***. atque equidem miſeret *reliqui. Cf. Proleg. Trin. p.* LXXVII *Ceterum hunc v. et proximum tales formabat Acidalius:*
DOR. Ita me dii bene ament, sapienter. atque equidem miseret: tamen
Virgo, quae patria est tua? age actutum expedi. quid nunc taces?
Praestabat saltem: To. Ita . . . sapienter. Do. atqui me miseret quidem: Set tamen . . . mi actutum expedi 640. DOR. ***Z***. *om.* ***F*** eſt *libri* 641. Quid taceſ *superiori versui continuat* ***B***: *huius initio contocat* ***A*** dico equidem: quando *Bothius.* Dico equidem patriam quandoquidem ***BCDZ*** *et, nisi quod* qñ equidem, ***F***.

TOXILVS.

Iám de istoc rogáre omitte. nón uides nollĕ éloqui,
Né suarum se míseriarum in mémoriam inducát?

DORDALVS.

Quid est,
Cáptusnest patér?

VIRGO.

Non captust, sét quod habuit, pérdidit.

TOXILVS.

Haéc erit bono génere nata: níl scit nisi uerúm loqui.

DORDALVS.

Quís fuit? dic nómen.

VIRGO.

Quid illum míserum memorem quí fuit?
Núnc et illum Miserum ét me Miseram aéquomst nominárier.

DORDALVS.

Quóiusmodi is, dic, ín populo habitust?

VIRGO.

Némo quisquam accéptior.
Sérui liberíque amabant.

TOXILVS.

Hóminem miserum praédicas:
Quóm et ipsus probe pérditust et béneuolentis pérdidit.

QUANDOQUIDEM *reliquis omissis* ***A*** ſeuio ***B*** haec ***FZ***.
ſ ſ
hac *vel* hao *vel aliquid simile* ***B***. haſ ***CD*** patria eſt ***F*** (*non* ***A***) 642. Iam ***C*** eloqui *Camerarius.* loqui *libri.* eam loqui *Pylades* 643. meriam ***B*** inducat *Dousa.* inducaſ *libri* 644. Captuſne eſt *libri* captust ***R***. captuſ *libri* perdidit *Bothius.* id perdidit *libri* 645. erit] *vide Bentleium in Ter. Eun. IV, 5, 6* 646. miserum *om.* ***C*** 647. equum ***B*** eſt *libri* 648. Quo luſmodi ***B***. Quouiſmodi ***C***. *An* quoimodi *fuit? vide Mus. philol. t. VIII, p. 307* dic ***R***. *om. libri* habituſ eſt ***F*** Quoiusmodi est in populo is habitus *Bothius,* Q. in populo est is h. *Kampmannus de Ix praep. p. 12.* 650. Quóm et ipsús probĕ pérditúst ***R***. Cum ipſuſ prope perdituſ eſt] *libri,* Quom ipsu perditus probe est *Bothius* beniuolentiſ ***F***

DORDALVS.

Émam eam, opinor.

TOXILVS.

Étiam 'opinor'? súmmo genere esse árbitror:
Díuitias tu ex ístac fácies.

DORDALVS.

'Ita di faxint.

TOXILVS.

Éme modo.

VIRGO.

Iam hóc tibi dico: actútum ecastor méus pater, ubi mé sciet
Vaénisse, aderit húc et abs te rédimet me.

TOXILVS.

Quid núnc?

DORDALVS.

Quid est?

TOXILVS.

Aúdin quid ait?

VIRGO.

Nam étsi res sunt fráctae, amíci súnt tamen.

DORDALVS.

Né sis plora: líbera eris actútum, si crebró cades.

---

651. Emam eam **R**. Emam *libri*. Etiam *vitiose Camerarius* summo *et* Diuitias *TOXILO continuari*. DOR. ſummo *et* TOX. Diuitiaſ **FZ**, *vacuis spatiis pro* DOR. *et* TOX. *relictis* **BCD** ſommo **B** esse arbitror] opinor **B** 652. Diuitiaſt nexiſt ac facies **B** *et, nisi quod* uexiſt, **F**. Diuitiaſt uexiſt ac facieſ ac facieſ **CD**. Diuitiaſ tu ex iſtac facieſ: ac facieſ **Z**. *Correxit Pylades* dii **F** faxint. To. eme **Z**. facient. To. eme **F**. faxiu te me **BCD** 653. actutum *Guyetus*. iam actutum *libri* ſcit (e supra) **B** 654. Venisse, aderit huc *Bothius*. Veniſſe huc aderit hic *libri*. *Vbi* hic *pro* huc *Dousa* abs te redimet me **R**. abs te me redimet *Bothius, recte erutum e librorum scriptura* me abſentem redimet *Totum v. sic Fleckeisenus Exerc. p. 49:* Vénum iuisse huc, áderit et me abs té redimet. To. quid núuc? Do. quid est? *Licebat etiam* Vaénisse, aderit húc et me abs te rédimet. To. quid ais núnc? Do. quid est?

656. si crebro cades] VIR. sic reor. DOR. ades *Lipsius Epist. quaest. II, 12: contra quem dixerunt Gutielmus cap. 3 et Acidalius*

Vín mea esse?

VIRGO.

Dúm quidem ne nímis diu tua sím, uolo.

TOXILVS.

Sátin' ut meminit líbertatis? dábit haec tibi grandís bolos.
'Age si quid agis. égo ad hunc redeo. séquere. redduco
háuc tibi.

DORDALVS.

'Adulescens, uin uéndere istanc?

SAGARISTIO.

Mágis lubet quam pérdere.

DORDALVS.

Túm tu pauca in uérba confer: quí datur, tanti índica.

SAGARISTIO.

Fáciam ita ut te uélle uideo. út emas, habe centúm minis.

DORDALVS.

Nímiumst.

SAGARISTIO.

Octogínta.

DORDALVS.

Nimiumst.

SAGARISTIO.

Númmus abesse hinc nón potest,
Quód nunc dicam.

DORDALVS.

Quíd id est ergo? elóquere actutum atque índica.

---

657. miniſ ***B*** 658. grandiſ *omnes* 659. redeo] credo ***Da*** redduco ***R***. reduco *libri* 660. Dor. *Pylades. om.* ***FZ*** Adoleſcenſ *libri, et* ***B*** *quidem in marg. ead. m.* libet *libri* 661. Dor. *Pylades.* Tox. ***FZ*** tua ***F*** qui *Scioppius Susp. lect. I, 3, Acidalius.* quid *libri* 662. nelle uideo *Acidalius.* uelle uideã ***BZ***. uellẽ uideã ***CDF*** ut emas, habe ceutum minis ***R***. ut emaſ habe trecentiſ miniſ ***B***. ut emaſ habe trecentum minaſ ***CDF*** *et, nisi quod* miniſ, ***Z***. ut emas. habe tibi centum minis *Saracenus, Acidalius.* tud habe tibi centum minis (*sine* ut emas) *Guyetus.* habe tibi centum minis *Bothius: fortasse vere* 663. nummoſ ***B*** *teste Pareo* 664. Quod] quid ***Z***

SAGARISTIO.

Tŭo periclo séxaginta haec dábitur argentí minis.

DORDALVS.

Tóxile, quid ago?

TOXILVS.

Dí deaeque te ágitant iratí, scelus,
Qui hánc non properes déstinare.

DORDALVS.

Habéto.

TOXILVS.

Eu, praedatú's probe.
Nón edepol minís trecentis cárast: fecistí lucri.

SAGARISTIO.

Heús tu, etiam pro uéstimentis húc decem accedént minae.

DORDALVS.

'Abscedent enim, nón accedent.

TOXILVS.

Táce sis: non tu illúm uides
Quaérere ansam, inféctum ut faciat? ábin atque argentúm petis?

DORDALVS.

Heús tu, serua istúm.

TOXILVS.

Quin tu intro is?

DORDALVS.

'Abeo atque argentum ádfero.

---

665. periculo *Z* haec dabitur *Bentleius in Heaut. IV, 7, 8.* haec datur *libri.* datur haec *Guyetus* 666. Toxile] tolle *Da* dii *BF* scelus *Pylades.* et ſceluſ *libri* 667. hac *CD* habeto *B.* habebo *reliqui* eu *BCD.* heu *Z.* ehu *F* praedatus *scribebatur.* predatuſ *C* *Huic versui adhaerent in libris haec:* abi argentum effer (et fer *CDa,* ecfer *Dc*) huc: *quae insiticia esse Bothius vidit* 669. huc *om. B.* his *Bentleius l. s. s.* accedant *BZ* 671. quere *CD* cauſam *F* abin *Bothius.* abiſne *libri* 672. iſtum quin *BCD* intro is *Bothius.* iſ intro *libri* affero *libri.* effero *Acidalius*

TOXILVS. VIRGO. SAGARISTIO.

TOXILVS.

Edepól dedisti, uírgo, operam adiutábilem,
Probam ét sapientem et sóbriam.

VIRGO.

Si quíd bonis
Boní fit, esse idem ét graue et gratúm solet.

TOXILVS.

Audín tu, Persa, ubi áb illo argentum accéperis,
Simuláto, quasi eas prórsum in nauem.

SAGARISTIO.

Né doce.

TOXILVS.

Per ángiportum rúrsum te ad me récipito
Illác per hortum.

SAGARISTIO.

Quód futurumst, praédicas.

Act. IV. Scen. 5. Nouam scenam cum reliqui libri tum ***A*** *ordiuntur: quod etsi nulla necessitate et praeter morem fit, tamen Ambrosiani auctoritatem deserere notui. In quo primus paginae versus (in quo tamen fortasse ultima verba scenae superioris scripta fuerunt) vacuus apparuit, alterum nomina personarum capiunt, quae esse* TOXILUS SAGARISTIO *et fortasse* UIRGO *visa sunt, tertius de more vacuus mansit.* TOXIL’ SAGARISTIO ſerui II. PERSA VIRGO ***Db*** *et sine* II. ***Z****: om.* ***BCDa***. Sagariſtrio. Perſa uirgo. Toxiluſ ***F*** 673. adiutabilem *Colerus ut Mil. glor. 1044: atque* —TABILEM *visum est in* ***A*** *exstare.* adlaudabilem ***B***. laudabilem *reliqui* 674. Probum ***B*** *ante corr.* bonuſ ***CDa***
676. ab illo argentum ***R***. ARGENTUM ***A*** *nec quicquam amplius.* argentum ab hoc *reliqui.* ab hoc argentum *Guyetus.* argentum hoc *Bothius* 677. ſimilato ***D*** prorſum ***CDZ***. prorſuſ ***BF*** *et ut videtur Gloss. Plaut.* 679. Illac ***FZ*** *et ut vid.* ***A***. Illa ***BCD*** ortum ***BaF***. ʳortum ***Bb*** quod ***FZ*** *cum* ***A***. quo ***BCD*** furtũ ***Z*** eſt *libri cum* ***A***

TOXILVS.

At né cum argento prótinam perbitás domum,
Moneó te.

SAGARISTIO.

Quod te dígnumst, me dignum ésse uis?

TOXILVS.

Tace, párce uoci: praéda progreditúr foras.

DORDALVS. SAGARISTIO. TOXILVS. VIRGO. SATVRIO.

DORDALVS.

Probae híc argenti súnt sexagintá minae:
Duóbus nummis mínus.

SAGARISTIO.

Quid ei nummí sciunt?

DORDALVS.

Crumínam hanc emere, aut fácere uti remigrét domum.

---

pred. ***C*** 680. protinam *hinc excerptum Gloss. Plaut.* perbitas ***R***. permittaſ ***BCDFZ***. — IIAS *apparuit in* ***A***. permutes *Saracenus* 681. moueo ***F*** dignum ē & te me ***B*** 682. parce uoci ***FZ*** *et ut vid.* ***A***. parce uoce ***B***. parue uoce ***CD***. *Quod spectat ad* uocei *scripturam* ſorar ***C***

Act. IV. Scen. 6. *Vnius versus spatium in* ***A*** *est.* DORDALVS. SAGARISTIO. TOXILVS. VIRGO ***B***. *om.* ***CDa***. TOXILVS SERVVS. DORDAL' LENO. SATVRIO; (PARASIT') VIRGO ***Db***. Doraluſ leno. Toxiluſ ſeruuſ. Saturio. Paraſitus. Virgo ***Z***. Dordaluſ. Sagariſtrio. Toxiluſ ***F***. SATVRIO *addendum erat propter v. 725 sqq.*

683. PROBAE ***A***. Probat ***BCD***. Probati ***Z***. Probate ***F*** mnae *codd. Pyladis* 684. minus *Bothius.* minuſ eſt *libri cum* ***A*** QUI••INUMMISCIUNT *etiam* ***A***. quo ii nummi ſunt '*in priscis exemplaribus legi' Pius scribit.* ſunt *pro* sciunt ***F*** 685. crumenam ***F***, *codd. Pyladis.* CRUMINAM *planissime etiam* ***A*** eme aut face ***F***: *quam 'veterem lectionem' dicit Pius* uti *Bothius.* ut *libri*

SAGARISTIO.

Ne nón satis esses léno, id metuebás miser,
Inpúre, auare, né crumillam amítteres?

TOXILVS.

Sine quaéso: quando lénost, nil mirúm facit.

DORDALVS.

Lucró faciundo ego aúspicaui in húnc diem:
Nil míhi tam paruist, quín me id pigeat pérdere.
Age áccipe hoc sis.

SAGARISTIO.

Húc in collum, nísi piget,
Impóne.

DORDALVS.

Vero fíat.

SAGARISTIO.

Numquid céterum
Me uóltis?

TOXILVS.

Quid tam próperas?

SAGARISTIO.

Ita negótiumst:

---

cum **A** remmigret *Schneiderus Gramm. lat. I, p. 592.* remígeret *codd. Pyladis* 686. SATIS **A**. ſat *reliqui* 687. CRUMILLAM **A**. cruminam *reliqui, nisi quod* crumenam **F** 689. lucro . . . auspicaui *profert Nonius p. 468* *Ceterum* facit. lucro faciũdo. Do. ego **Z** 690. Nichil **B** prauiſt **DZ**. paruumſt **F**

691 *sq. sic transponendo correxit et personis distinxit Camerarius: atque etiam in* **A** *apparuerunt haec initia:*

AGEACCIPEHOCSIS . . . .

IMPONE UEROFIAT . . . .

Qui versus tales sunt in **B**:

Age accipi hoc ſiſ nuuquid ceterum

Hunc in collum niſi piget impone uero fiat

eundemque ordinem tuentur reliqui. Vbi accipe **CDFZ** SA. huic **FZ**. SA. hanc *Saracenus*. SA. hoc *Guyetus*. SA. huc **R** impone uero. Do. fiat **F**. impono noſtro fiat **Z**. Impone. Do. uero, fiat *Acidalius* 693. UULTIS **A** negociumſt **BF**

Mandátae quae sunt, uólo deferre epístulas.
Geminum aútem fratrem séruire audiui híc meum:
Eum ego út requiram et rédimam, [dare operám] uolo.

T o x i l v s.

Atque édepol tu me núnc commonuisti haút male:
Videór uidisse hic fórma persimilém tui,
Eadém statura.

S a g a r i s t i o.

Quíppe qui fratér siet.

D o r d a l v s.

Quod ést tibi nomen?

S a g a r i s t i o.

* * * * *

---

694. Mandata equae ***D***. Mandata eque ***CF***. Mandata ęque ***Z*** epiſtulaſ *pro* epiſtolaſ ***C*** 696. EUM ***A***, *Pylades*. Tum *reliqui* et redimam, dare operam uolo ***R***: *quando* atque ut redimam, operam dare uolo *parum elegans*. atque ut redimam uolo ***BCDFZ***. atque ut redimam pergere uolo *Pylades et transponens* uolo pergere *Acidalius. Totum v. sic Bothius:* Eum uti requiram ego atque uti redimam, uolo. *Ab initio* EUMEGOUTREQUIRAM *etiam in* ***A*** *est* 697. ATQUE EDEPOLTUME *etiam* ***A***: *quapropter nolui ante* tu *vel* id *vel* hoc *vel* nunc *inserere, vel cum Bothio* tute me *scribere vel* ne tu me *cum Fleckeiseno Philologi t. II, p. 86* nunc *Hermannus Philologi t. III, p. 467. om. libri* communuiſti ***F***. commoniuisti *nuper Bothius* haut] id haut *fuit qui proponeret* 699. ſciet ***Z***

700. *Novus hic ex* ***A*** *accessit, valde tamen in altera parte lacer:*

QUODESTTIBINOMEN L•^•••QUODT(O)TIN — —

Sententiae (non sane litteris) sic satis fiat:

Do. Quod est tibi nomen? Sa. nomen quor tu *quaeritas?*

Contra longe alium ex 'uno veteri codice' Lambinus hunc inseruit:

Do. Sed scire uelimus, quod tibi nomen siet:

quem e suo cod. etiam Scaliger ascripsit. Quem interpolatori deberi (qui debebat saltem uolumus) *nunc apertum est: ut non recte olim iudicarim in Welckeri Naekiique Mus. Rhen. t. IV, p. 532*

701. Do. Quia ***R***. Quid *libri cum* ***A***, *praemisso* Do. ***FZ***, To. *Camerarius.* To. Quid id *Acidalius* noſ ***Z***. non *reliqui cum* ***A***.

DORDALVS.

Quia áttinet nos scíre.

SAGARISTIO.

Ausculta ergo, út scias:
Vaníloquidorus Vírginesuendónides
Nugípalamloquides 'Argentumexterebrónides
Tedígniloquides Númmosexpalpónides
Quodsémelarripides Númquampostreddónides.

DORDALVS.

Eu, hércle nomen múltimodis scriptúmst tuum.

SAGARISTIO.

Ita súnt Persarum móres: longa nómina

---

nomen *Camerarius* ero ***C*** 702. Virginesuendonides ***R***. UIRGINISUENDONIDES ***A***, *Pylades*. uirginiſ ueudonident ***B***. uirginiſ uendo uideut ***CDZ*** *et, nisi quod* uide, ***F***. *'Non inveniri in priscis exemplaribus'* uident *Pius scribit* 703. Nugipalamloquides *Bothius: quo tamen poetae manum restitutam esse non credo*. NUGII PILOQUIDES ***A***: *quod interpretari posse* NUGIEPILOQUIDES *visus sum*. Nugipiloquideſ ***BCD***. nugipilo qui deſ ***FZ***. nugipololoquideſ (*quod Pylades scripserat*) *unum e suis libris veteribus habere Lambinus testatur: pro quo tamen voluisse eum* nugipiloloquideſ *credibile est: atque id ipsum suasit Boxhornius*. Nugipolyloquides *Camerarius*. Nugidololoquides *Gulielmus* ARGENTUMEXTEREBRONIDES ***A***. argentũ extenebrouideſ ***BC***. argentũ Exteuenebrouideſ ***D***. argentũ Extenebronydeſ ***Z***. argentũ ex tenebronidoſ ***F***. Argentiexterebronides *Pylades* 704. TEDIGNILOQUIDES ***A***, ***BCD***. te digui loqui deſ ***FZ***. Tetechnilocrides *Palmerius p. 727*. Techniloquides *Lipsius Epist. quaest. II, 12* Nummosexpalponides ***R***. numdeſ (nũ deſ ***Z***) expalponideſ ***CDZ*** *et, nisi quod* nundeſ, ***B***. num deſ exapalponideſ ***F***. NUG•••SPALPONIDES ***A*** 705. QUODSEMELARRIPIDES ***A***, *Pylades*. Quodſemellarripideſ ***CD***. Quod ſemel larripideſ ***BFZ*** Numquampostreddonides *Guyetus*. numquam eripi ***BCDFZ***. 'eripi] *scribo ex prisca lectione* reddipides': *Pius*. nunquam postea eripides *Pylades et iunctim Camerarius*. Nunquameripidespostea *Bothius*. NUMQUAME••••PIDESEMELB — ***A***: *quod non expedio. Vix placebit* Numquameripisibisinides, *fortasse* Numquamposthacredhibides *vel* Numquamcuiquamredhibides 706. Eu ***BCD***, *Fleckeisenus Philologi II, p. 85*. ehu ***F***. heu ***Z*** multimodis *Dousa*. multiſ modiſ *libri*

Contórtiplicata habémus. numquid céterum
Voltís?

DORDALVS.

Vale.

SAGARISTIO.

Et uos: nam ánimus iam in nauíst mihi.

TOXILVS.

Cras íres potius, hódie hic cenarés. uale.
Postquam íllic abiit, dícere hic quiduís licet.
Ne hic tíbi dies inlúxit lucrificábilis:
Nam nón emisti hanc, uérum fecistí lucri.

DORDALVS.

Illé quidem iam scit, quíd negoti gésserit,
Qui míhi furtiuam mĕo periclo uéndidit.
Argéntum accepit, ábiit. qui ego núnc scio,
An iam ádseratur haéc manu? quo illúm sequar?
In Pérsas? nugas.

---

multimodum scriptu est *Bothius* 708. contortriplicata ***F*** Dor. nunquid ***FZ**: corr. Pylades* cȩterum ***C*** 709. Voltis? Do. uale. Sa. et *Pylades*. uoltiſ. uale. Sa. et ***FZ***. uoltiſ || Vale et ***CD***. Voltiſ? uale et ***B***. UULTIS UALE SE• ***A*** nam animuſ iam ***BC***. nam animuſ ***DFZ** et, nisi quid negtexi*, ***A***. iam animus *Bothius* NAUIST ***A***,***FZ***. nauiſſt ***CD***. naui eſt ***B*** MIHI ***A***. meuſ *retiqui* 710. Tox. ***R***. Dor. ***FZ***. *om.* ***CD*** *sine spatio* ireſ ***B*** *cum* ***A***. ire *retiqui* cenareſ ***BD*** *cum* ***A***. caenareſ ***C***. coenareſ ***Z*** Sa. uale ***F***

Act. IV. Scen. 7. Nova scena fit in ***BCDFZ***, TOXIL' S. DODAL' L. SATVRIO. P VIRGO *inscripta in* ***Db***, Toxiluſ. Dordaluſ. Saturio paraſitus. Perſa uirgo *in* ***F***, Toxiluſ ſeruuſ. Dordaluſ leno. Saturio. Paraſituſ uirgo *in* ***Z**: quas inscriptiones om.* ***BCDa***. *Nos superiorem scenam continuavimus cum* ***A*** 711. habiit ***C***

712. NE *cum reliquis* ***A*** illuxit ***CF*** *(non* ***A****)* 713. reciſti ***B*** *ante corr.* lucri ***B*** *cum* ***A***. lucrum *retiqui* 714. NEGOTI ***A***. negotii ***CD***. negocii ***BFZ*** 715. PERICULO ***A***, *item* ***Z*** 716. qui *tibri cum* ***A***. quid *Camerarius* 717. aſſeratur ***F*** quoi ***F*** 718. imperſaſ ***C***

T o x i l v s.

Crédidi gratúm fore
Benéficium meum áput te.

D o r d a l v s.

Immo equidem grátiam
Tibi, Tóxile, habeo: nám te sensi sédulo
Mihi dáre bonam operam.

T o x i l v s.

Tíbine ego? immo séruolae.

D o r d a l v s.

Attát, oblitus sum íntus dudum edícere,
Quae uólui edicta. adsérua hanc.

T o x i l v s.

Saluast haéc quidem.

V i r g o.

Patér nunc cessat.

T o x i l v s.

Quíd, si ammoneam?

V i r g o.

Témpus est.

T o x i l v s.

Heus, Sáturio, exi: núnc est illa occásio
Inimícum ulcisci.

---

719. aput *pro* apud ***C*** 720. toxile tibi ***F*** nan ***F*** te ſenſi ſedulo ***B*** *cum* ***A***. ſenſiſſe tedulo ***CDa***. ſenſi te ſedulo ***Dc FZ*** 721. Michi ***B*** operam bonam ***F*** TIBINEGO ***A***. tibinego ***B***. tibin ego *reliqui* immo seruolae *dubitanter* ***R***. IMMO ••• VLO ***A*** (*h. e.* immo ſedulo *ut videtur*). immo ſerui *reliqui*. immo seruii *Gulielmus*. DOR. immo serio *Acidalius*. imo mihi seruii, *simul* tibi ego *probans, Rostius Op. p. 180*. numo seruii *Bothius olim*. numos erui *idem nuper et simul* tibi egon *scribens Fleckeisenus Ex. p. 26* 722. Atat ***F***. At at ***Z*** 723. addicta ***F*** ADSERUA *et* SALUAST *etiam* ***A*** haec] h̄ ***B*** 724. ammoneam ***B***: *quod obscurare nolui*. adm. *reliqui* 725. eſt cum illa ***F*** *Post hunc v., qui paginae extremus est, in summa pagina proxima vacuum spatium unius versus* ***A*** *monstrat: quod esse novae scenae indicio videtur, non tamen a v. 726, sed a 725 ordiendae. Qualem scenam, quinque versiculis 725—729 comprehensam, revera descripsit Bo-*

SATVRIO.

Écce me: numquíd moror?

TOXILVS.

Age illúc abscede prócul e conspectu ét tace.
Vbi cúm lenone mé uidebis cónloqui,
Tum túrbam facito.

SATVRIO.

Díctum sapientí sat est.

TOXILVS.

Tunc, quándo abiero

SAGARISTIO.

Quín taces? scio quíd uelis.

DORDALVS. TOXILVS. SATVRIO. VIRGO.

DORDALVS.

Transcídi loris ómnis aduenién̄s domi:
Ita míhi supellex squálet atque aedés meae.

TOXILVS.

Redís tu tandem?

DORDALVS.

Rédeo.

---

thius 727. et tace *Acidalius: ut v. 467.* tace *libri.* SAG. tace *Camerarius* 728. colloqui (*nisi quid praetermisi*) ***B***. CONL. *etiam* ***A*** 729. turbam] uerba ***F*** 730. *Hic accessit e solo* ***A***: *falso A. Mai testimonio conlocatus in fine insequentis scenae Act. IV. Scen. 8.* DORDALVS (*nec quicquam amplius*) ***A***: *altero praeterea versu vacuo relicto.* DORDAL'. L. TOXIL' S. VIRGO ***Db***: *quo* SATVRIO *addidi. om.* ***BCDa***. Dordaluſ leno. Toxiluſ ſeruuſ ***FZ*** 731. Tranſcidi loriſ ***Z*** *cum* ***A***. Tranſidi loriſ ***B***. Tranſi diloriſ ***CDa***. Tranſi doloriſ ***DcF*** omneſ ***F***. OMNIS *etiam* ***A*** 732. ſuppellex ***CZ*** (*non* ***A***) aediſ ***CDF***

TOXILVS.

Ne ego tíbi bonam
Vitam hódie feci.

DORDALVS.

Fáteor: habeo grátiam.

TOXILVS.

Num quíppiam aliut mé uis?

DORDALVS.

Vt bene sít tibi.

TOXILVS.

Pol istúc quidem omen iám ego usurpabó domi:
Nam iam ínclinabo mé cum libertá tua.

SATVRIO.

Nisi égo illunc hominem pérdo, perii. atque óptume
Eccum ípsum ante aedis.

VIRGO.

Sálue multum, mí pater.

SATVRIO.

Salué, mea gnata.

DORDALVS.

Ei, Pérsa me pessúmdedit.

---

733. ego tibi bonam || Vitam hodie feci *Hermannus Philologi III, p. 466.* ego hodie tibi || Bonam uitam feci ***BCDFZ***. ego hodie tibi || Bona multa feci *Lambinus, cum in suis 'libris veteribus'* bona multa feci *repperisset.* NERGOHODIETIBI || BONAMULTAEFFECI ***A***: *unde ne* effeci *quidem suscipere volui* habeo ***B***. habere *reliqui: idemque etiam in* ***A*** *esse visum est* 735. QUIPPIAM *etiam* ***A***

736. OMENIAMEGO ***A***. omniamego ***B***. omne iam ego *reliqui.* iam ego omne *Acidalius*

Act. IV. Scen. 9. Nova scena fit in ***BCDFZ***. SATVRIO P. DORDAL' L. VIRGO ***Db***. *om.* ***BCDa***. Saturio paraſituſ. Dordaluſ leno. Virgo ***Z***. Saturio. Dordaluſ. Perſa Virgo ***F***. *Superiorem scenam continuavimus cum* ***A*** 738. illunc ***B***. ILLUM ***A*** *cum reliquis* perdo perii atque ***BCD***, *Acidalius.* perdo. Do. perii. SA. atque ***FZ*** OPTUME *pro* optime ***A*** 739. edif *pro* aedeſ ***F*** MIHI ***A*** 740. gratia ***C*** EI ***A***. et ***BCD***. *om.* ***FZ***. hei *Scioppius Susp. lect. III, 1* Pessa *Scaliger, 'ut Sassina,*

VIRGO.

Pater híc meust.

DORDALVS.

Hem, quíd? pater? perii óppido.
Quid ego ígitur cesso infélix lamentárier
Minás sexaginta?

SATVRIO.

Égo pol te faciám, scelus,
Te quóque etiam ipsum ut lámenteris.

DORDALVS.

'Occidi.

SATVRIO.

Age ámbula in ius, léno.

DORDALVS.

Quid me in iús uocas?

SATVRIO.

Illi áput praetorem dícam: set ego in iús uoco.

DORDALVS.

Nonne ántestaris?

SATVRIO.

Tŭan' ego causa, cárnufex,
Quoiquám mortali líbero auris átteram,
Qui hic cómmercaris cíuis homines líberos?

DORDALVS.

Sine dícam.

SATVRIO.

Nolo.

DORDALVS.

Aúdi.

Sarsina, Assum Arsum' 741. meuſ eſt *libri* opido ***F*** 743. mnaſ *codd. Pyladis* ſceluſ ***B*** 745—748. *Vtitur his commentator Cruquianus in Hor. Serm. I, 9, 76* 746. Illi *Camerarius.* Illic *libri* apud]apud ~~ſed~~ ***B*** illic dicam apud praetorem *transponit comm. Cruq. cum Pylade, ut de interpolatione gravis suspitio sit* Do. sed ego — Sa. in ius uoco *Bothius* 747. non te ***F*** carnifex ***BF*** 748. Cuiquam *libri* at ter-

S a t v r i o.

Súrdus sum: ámbula.

Sequere hác, sceleste, féles uirginária.

Sequere hác, mea gnata, me úsque ad praetorém.

V i r g o.

Sequor.

---

ram ***B*** 750. sum surdus *Pylades* 751. Sequera ***C*** sceleste, *Lambinus, Acidalius.* ſceleſta ***BCD***. Do. ſceleſta ***FZ*** ſeleſ ***BC***. ſideſ ***Da***. ſleſ ***DbFZ*** 752. Sa. ſequere ***FZ*** gnata ***BDFZ***. nata ***C*** *Ceterum in **Z** haec scena terminatur in media ferme pagina, cuius altera pars uacua relicta est*

ACTVS V.

TOXILVS. SAGARISTIO. LEMNISELENIS.

TOXILVS.

Hóstibus uictis, ciuibus saluis, ré placida, pacíbus perfectis,
Béllo extincto, ré bene gesta, íntegro exercitu ét praesidiis,
Quóm nos, Iuppitér, iuuisti díque alii omnes caélipotentes,
Ea re uobis grátis habeo atque ágo, qui probe inimícum sum ultus.

Act. V. Scen. 1. TOXIL'. SAGARISTIO. SERVI. II. MERETRIX ***Db***. *om.* ***BCDa*** Toxiluſ. Sagariſtio ſerui duo. Meretrix Lemuiſcileue ***Z***. Toxiluſ. Lemuiſſelene meretrix. Sagariſtrio ***F*** *Metrorum descriptio satis plena dubitationis. Interim trochaicos octonarios feci v. 753—756. 760—763. 765—770; anapaesticos septenarios 764. 771—773, octonarium 757; iambicos septenarios 774—777; compositos e cretico tetrametro et anapaestico paroemiaco cum Hermanno Elem. p. 215 v. 758. 759. Idem tamen non ignoro de versibus potissimum 756. (762.) 763. 765. 766. 769. 770 dubitari posse, num anapaestici sint potius, de v. 757. 771. 773, num trochaici. Trochaicos (praeter 758. 759) usque ad v. 762 continuabat Reizius, tacens de ceteris* 753. placidiſ a pacibuſ ***B*** 754. extiuto (c supra) ***D*** geſtaſ ***Da*** integro ëxércitu] exércitu integro *Brixius Qu. p. 42* 755. Quom ***R***. Cum bene *libri* iupiter ***F*** iuuiſti ***BDcZ***, uiuiſti ***CDa***. uidiſti ***F*** adiuuisti *Reizius. Mira Palmerius p. 878* dii atque ***F*** omniſ ***B*** cael. ***C***. cel. ***BZ*** 756. Ea re ***R***. Eaſ *libri*. Ea *Camerarius* grateſ habeo ***B***. habeo grateſ ***CDZ***. habeo gratiaſ ***F*** qui ***R***. quia *libri* inimicum sum ultus ***R***. ſmu ultuſ meum inimicum *libri: quod cum anapaesticis numeris non repugnet, tamen in trochaico versu non minus durum sit quam* qui próbe sum ultús inimicum *vel* qui sum últus próbe inimicum

Nunc ób eam rem inter párticipes diuidám praedam et partícipabo.
'Ite foras: híc uolo ante óstium et iánuam meos párticipes bene accípere.
Státuite hic léctulos: pónite hic quae ádsolent: hic státui uolo primum áquolam.
'Inde ego omnis hilarós lubentis laétificantis fáciam ut fiant,
Quórum opera haec mihi fácilia factu fácta sunt quae uólui ecfieri.
Nam ínprobust homo, quí beneficium scít accipere et réddere nescit.

LEMNISELENIS.

Tóxile mi, ego cúr sine te sum? cúr tu autem sine mé's?

---

757. diuidam *bisyllabum in anapaestico. Asperior sit* et *particulae correptio in trochaico tali:* Núnc ob eam rem intér participes praédam diuidam et párticipabo. *Ceterum* diuido *Reizius* participabo] *quarta a fine littera* b *fuit in* ***Ba*** 758. *ante* Ite *spatium personae in* ***CD*** hoſtium *libri* meos] Hos meos *Reizius: qui cum creticos numeros recte indagasset, cetera sic disponebat:* Hós meos párticipés bene accipere *et* Hic statuí uolo prímum aquilám mihi 759. q' (ue) ***D***. queque ***Z*** aſſolent ***F*** aquolam] aliquam ***Ba*** *in fine huius versus, sed rursus erasum, simulque in fine insequentis versus post* fiant *m. ant. additum* aliq̄ (l) m, *idque ita ut pro* l *librarius coeperit* q *scribere.* aquila mihi *suo loco* ***CDFZ***: *unde* aquilam mihi *Pylades,* aquulam mihi *Lipsius Elect. I, 4: atque* aqula *'in vetusta lectione' esse Pius dicit.* `aquilam *sine* mihi *post Palmerium Hermannus. Contra* mihi *post* fiant *in fine proximi posuit Camerarius, certatim correctus a Meursio, Palmerio p. 877, Lipsio, Acidalio* 760. Inde *Palmerius, Acidalius.* Vnde *libri* omniſ *pro* omneſ ***B*** hylaroſ ***F*** lubentis *Gulielmus Verisim. I, 8, Dousa.* ludentiſ *libri* 761. facilia] *non incommode huc ascisces* facilia *illud, quo pes dactylicus fit in hexametris tituli Mummiani Reatini.* haéc facilia *sine* mihi *Reizius* fieri ***F***. effieri *reliqui.* exfieri *'priscam lectionem' dicit Pius* 762. improbuſ (inpr. ***C***) eſt *libri* accipere ***B***. ſumere *reliqui: quo servato* set *pro* et *Reizius* 763. mi, ego cúr ***R***. mi cur ego *libri: ad anapaesticos numeros recte* ſum? cur ***BCD***

TOXILVS.

Agedum ergo:
Accéde, mea, ad me, ampléctere sis.

LEMNISELENIS.

Ego uéro.

TOXILVS.

Oh, nil magis dúlcest.
Sét amabo, oculus méus, quin lectis nós actutum cómmendamus?

LEMNISELENIS.

'Omnia, quae tu uís, ea cupio.

TOXILVS.

Mútua fiunt á me. age, age ergo,
Tú, Sagaristio, accúmbe in summo.

SAGARISTIO.

Ego níl moror: cedo parém quem pepigi.

TOXILVS.

Témperi.

Camerarius. ſum? Tox. cur ***FZ*** tu autem ***B***. autem ***Da***, autem^{tu} ***Db***. autem tu ***CZ***. aut tu ***F*** me eſ *libri* Tox. *Camerarius.* Lem. ***FZ***: *spatium* ***BCD*** agidum ***B*** *ut supra: quod non esse nihili, ex eis intellegetur quae Musei phil. n. VIII, p. 159 disputata sunt* 764. mea, ad me, amplectere sis ***R***. mea ad me atque amplecteriſ ***B***. ad me atque amplectere ſiſ *sine* mea *reliqui: ad numeros non minus commode.* ad me adamplectere ſiſ *(nisi quid vitii subest) codd. Lambini. Licebat etiam* mea, atque amplectere sis Lem. *Camerarius.* Tox. ***DbFZ*** uero. Tox. oh nil ***R***. uero oh nihil ***BCDF***. uero. nihil ***Z*** magiſ ***B***. hoc magiſ *reliqui: quo admisso octonarius prodit pro septenario* 765. 766 *nulla littera mutata anapaesticos dimetiare: pariter atque 769. 770* 765. Lem. *praemittunt* ***FZ***, *spatium* ***CD***. *om. Camerarius* oculluſ ***B***. occuluſ ***C*** quin lectis *Camerarius.* quin in lectiſ ***BCD***. quum inlectiſ ***Z*** *et, nisi quod* cum, ***F*** 766. Lem. ***R***. Tox. *Acidalius. om. libri* tu uis] tuuſ ***D*** Tox. ***FZ***. Lem. *Acidalius* age age ***FZ***. age age age ***BCD*** 767. ^{in}ſummo ***D*** moror ***B***. *om. reliqui* cedo ***CD*** partem quam ***F***. parem quam *pars codicum Lambini, Palmerius* pepigi ***BFZ***. pepegi ***CD***: *forma fortasse antiquiore* 768. tem-

SAGARISTIO.

Mihi istuc témperi serost.

TOXILVS.

Hóc age: accumbe. húnc diem suauem
Mĕum natalem agitémus amoenum. dáte aquam manibus: pónite mensam.
Do hánc tibi florentém florenti. tu híc eris dictátrix nobis.
Age, púere, a summo séptenis cyathís committe hos lúdos.
Moue mănus, propera, Paegnĭum: tarde cyathós mihi das. cedo sáne.

---

pori *bis* **Dc** ſeroſt **FZ**. ſeroſt ē **D**. ſero eſt **BC** Tox. **F**. *om. reliqui sine spatio* hoc **B**. *om. reliqui. Quod etsi potest pro* huc esse *ut IV, 4, 55,* hoc age accumbe *ut iungantur, tamen praestat Bothiana distinctio* hoc age: accumbe ſuaue **B**

Ceterum quaeri potest, num forte de composito e creticis anapaesticisque numeris versu (ut 758. 759) tali cogitandum sit:

Témperi: Istúc mihi témperi sérost: — hoc áge accumbe: hunc diem suáuem:

quanquam offensioni est creticorum catalexis 769. amoenum nū date **B** ponite *Reizius, Bothius.* apponite *libri* 770. *Huc usque versuum descriptio nostra congruit cum ea quae in* **B** *est. Qui iam sic pergit:*

Do hanc tibi florente florenti. tu hic eriſ dixtatrix nobiſ a^{ge} puere
A ſummo ſepteni ſciathiſ committe hoſ ludoſ. moue manuſ propera
Paenignium tarde cia Zaſ mihi daſ cedo ſane. Bene mihi bene uobiſ bene me amicae.
Optatuſ hic mihi dieſ datuſ hodieſt ab diſ quia te licet liberam me amplecti.
Tua factum opera. Bene omnibuſ nobiſ h̃ meae manuſ tuae poculum donat.
Vt amantem amanti decet. cedo. accipe. Bene ei qui inuidet mihi et ei qui h̃ gaudet

770. *Sic hunc distinxit iam Bentleius in Hor. Serm II, 2, 123* florentem **CDFZ** dictatrix **CDFZ** 771. age **CDFZ**, *spatio praemisso* **CD** ſeptenis cyathiſ **DZ**. ſeptenis ciathiſ **C**. ſeptenuiſ cyatiſ **F** hos committe *qui transposuerit, trochaicum efficiet* 772. moue manus] moueamuſ **CDFZ** pegnium *vel* pęgnium **CDFZ** ciataſ **CDa**. ciatoſ **Dc**. cya-

Bene míhi, bene méae amicae. óptatus mi hic dĭes datus
hodiest áb dis,
Quia té licet me líberam amplécti.

LEMNISELENIS.

Tua factum óperast.
Bene ómnibus nobis. hóc mea manús tuae poclum dónat,
Vt amántem amanti [dáre] decet.

TOXILVS.

Cedo.

LEMNISÉLENIS.

'Accipe.

TOXILVS.

Bene uóbis:
Bene éi qui inuidét mihi, et ĕi qui hoc gaudet [mécum].

---

toſ **F**. cyathoſ **Z** 773. bene uobiſ *hoc loco deleta conlocavi in v. 776* me amicae *etiam* **CD**. meę amice **FZ**. amicae meae *Camerarius* mi hic **R**. hic mihi *servabit, qui trochaicum facere volet* 774. me liberam *pro* l. m. **R** factum operast **R**. factum opera *etiam* **CDZ**. factumſt opera **F** 775. hoc mea *Camerarius* hęę męę **CD**. hę męę **Z**. he mee **F** poclum *Guyetus* donant **CDFZ** *Ceterum de his et proximis Fleckeiseni Philol. II, p. 113 ratio probari non potuit* 776. dare *add.* **R** *Personarum notas add.* **FZ** bene uobis *huc transtuli e v. 773* 777. qui non inuidet *Acidalius* gaudet mecum **R**. gaud **C**. gaudi **D**. gaudio gaudet **FZ**

DORDALVS. SAGARISTIO. LEMNISELENIS. PAEGNIVM.

DORDALVS.

Qui súnt, qui erunt quiqué fuerunt quiqué futuri sunt pósthac,
Solús ego omnibus antídeo facile, misérrumus hominum ut uíuam.
Perii, ínterii. pessúmus hic mihi dies hódie inluxit córruptor:
Ita mé Toxilus perfábricauit itaqué meam rem diuéxauit.
Vehiclum árgenti miser éieci, neque quam ób rem eieci, iam hábeo.
Qui illúm Persam atque omnís Persas atque étiam omnis persónas
Male di ómnes perdant: íta misero Toxílus haec mihi concíuit.

Act. V. Scen. 2. DORDAL' LE EDĔ TOXIL' SAGARISTIO SERVI ***Db***. *om.* ***BCDa***. Dordaluſ. Toxiluſ. Sagariſtrio. Lemniſſelene meretrix. Paegnium puer ***F***. Dordaluſ leno. Toxiluſ. Sagariſtio ſerui. Lemniſcelene pegnium ***Z*** *Initium scenae ab anapaesticis numeris fieri certum est: trochaicos Reizius descripsit* 778. qui erant *Lachmannus.* quot erunt *novi cui placeret. Olim de transpositione tali cogitabam:* Qui súnt quique fuerúnt, qui erunt quiqué futuri sunt pósthac. *Fortasse tamen ad Bacchid. 1087 similitudinem emendandus versus* 779. omnis *nescio an usus Plautinus postulet* antedeo ***Dc*** miſerrimuſ *libri* homonum ***B*** 780. peſſimuſ *libri* mi hic *Lachmannus catalecticum efficiens* illuxit ***BF*** corruptor *cum prioribus construxi:* corruptor ita me Toxilus *vulgo* 781. toxilluſ ***Z*** perfab^{r}icauit ***D*** atque meam ***F*** *Post hunc versum, qui est paginae octavus, reliqua pars omnis eius paginae vacua relicta est in* ***B*** 782. Vehiclum *Bothius.* Vehiculum *libri.* Verriculum *Pistoris* eieci *Acidalius, Reizius.* eieci amiſi ***CDZ***. eieci emiſi ***F***. c^{e}iciamiſi ***B*** eieci iam ***R***. eieci ***CDFZ***. cieci ***B***. *Nisi* neque illuc, quamobrem eicci, habeo *malueris* 783. omniſ *pro* omneſ ***B*** etiam omniſ *pro* etiam omueſ ***BC*** 784. misero ***R***. miſer *libri.* misera *Pistoris* michi ***B*** conciuit *Camerarius.* conſciuit

Quía fidem ei non hábui argenti, eo míhi eas machinás molitust.

Quém pol ego ut hominem ín cruciatum, in cómpedis cogám, si uiuam,

Síquidem huc umquam erus rédierit eius, quód spero. set quíd ego aspicio?

Hóc uide: quae haec fábulast? pol híc quidem potant: ádgredibor.

O bóne uir, saluéto: et tú, bona libérta.

TOXILVS.

Dórdalus híc quidemst.

SAGARISTIO.

Quín iube eum adíre.

TOXILVS.

'Adi si lubet. age ádplaudamus. Dórdale, homo lepidíssume, salue.

BCDF. cõſtituit ***Z*** 785. *Hinc demum incipiunt trochaici numeri* fidem ei *Reizius, Bothius, Hermannus in Iahni Annal. phil. nov. t. xxxv, p. 191.* ei fidem *libri* mi has *Bothius* molituſ eſt ***F*** 786. ut hominem in ***R***. ut non in *libri* crutiatum ***D*** in compedis *Reizius, Fleckeisenus Philol. II, p. 90.* atque in compediſ *libri, nisi quod* compedeſ ***F***. ac compediſ *Bothius*

787. rédierít eius] eius redierit *Reizius, Lachmannus. Graviore transpositione* eius érus, quod spero, redierit *Fleckeisenus* ago ***F***

788. Hóc sis uide, quae ſabula haec est *Fleckeisenus* fabula eſt ***F***. famulaſt ***B***. familia est *Camerarius* poterat ***F*** adgredibor ***R*** *ut v. 15.* [adgrediar ***BCDZ***, aggrediar ***F***: *quod sic tuetur Fleckeisenus:* pól hic quidem potáut: adgrediar *Ceterum huic versui in* ***B*** *adhaerent* o bone uir, *proximus hic est:*

Salueto et tu bona liberta dordaluſ hic quideſt quin iube adire

Vbi ſalueto et ***CDFZ*** — quideſt *etiam* ***C***, quidem ***DF***, quidẽ ẽ ***Z***. *Vnde bacchiacum cum cretico concinnavi: pro quibus Bothius olim hunc trochaicum:*

Bóne uir, salue, et bóna liberta. To. Dórdalus hic quidem est.
Sa. quín iube adire

790. Dordalus *pro cretico est ut* Chrysalus *Bacch. 1112*

791. Tox. ***Z***. Dor. ***F*** Adi ſi libet ***BCZ***. adi ſibet ***Da***, *sed* ſibet (u *supra*) ***Db***. adiſ iubet ***F*** age ***R***, *Reizius*. agite *libri, praemisso spatio* ***BCD*** *ante* dordale *spatium* ***BCD***, Tox. ***Db***

Lócus hic tuus est: híc accumbe. fér aquam pedibus. praében, puere?

D o r d a l v s.

Né sis me uno dígito attigeris: né te ad terram, scélus, adfligam.

P a e g n i v m.

'At tibi ego contínuo cyatho óculum hoc excutiám tuum.

D o r d a l v s.

Quíd ais, crux, stimulórum tritor? quómodo me hodie uórsauisti?

'Vt me in tricas cóniecisti? quómodo de Persá manus mi aditast?

T o x i l v s.

Iúrgium hinc aúferas,

---

lepidiſſime ***FZ*** 792. *spatium praemittit* ***CD***, Sa. ***Db*** hic ***BCDZ***. huc ***F*** acumbe ***B*** fer aquam pedibus. praeben *Bothius olim*. ferte aquam pedibuſ. praeben tu *libri, nisi quod* preben ***BCZ***. ferte aquam. praeben tu *Reizius* 793. affligam ***F*** 794. Paegn. *Pylades*. Tox. ***FZ*** tibi ego ***B***. ego tibi *reliqui* continuo cyatho oculum hoc ***R***. hoc continuo ciatho oculum *libri, nisi quod* citatho ***CDb***, cyato ***F***, cyatho ***Z***. hoc continuo cyatho dextrum oculum *Reizius* continuo *hinc excerptum Gloss. Plaut.* 795. ſtumulorum ***B*** uerſauiſti *libri, nisi quod* ueſauiſti ***Da*** 796. trichaſ ***BDbZ***. thrichaſ ***C*** de Persa *delevit Reizius* michi ***B*** aditast *Camerarius*. additaſt ***BCDZ***. addita eſt ***F***. adlita *'veterem lectionem' Pius dicit* 797 *sqq. sic disposuit Hermannus Elem. doctr. metr. p. 215:*

To. Iúrgium hinc aúferas,
Sí sapias. Do. at bóna liberta, haec sciuisti et me célauisti?
Le. Stúltitia est, cuí bene est,
Éum praeuorti lítibus: postérius te istaec mágis par agere est.
Do. 'Vritur cór mihi.
To. Da ílli cantharum: éxstingue ignem, si úritur, capút ne ardescat.

Quorum principium tantum ascivi, quanquam de illis quoque dubitans num probabilius sic conformentur cum Bothio deletis glossematis:

Iúrgium auferás, si sapias. Do. át bona liberta, haéc sciuisti?

Sí sapias.

DORDALVS.

At bóna liberta, haec scíuisti et me célauisti?

LEMNISELENIS.

Stúltitiast, quoi béne esse liceat, ĕum praeuorti lítibus.
Postérius istaec té magis par ágerest.

DORDALVS.

Cor mihi úritur.

TOXILVS.

Dá illi cantharum: éxtingue ignem, si úritur, capút ne ardescat.

DORDALVS.

Lúdos me fácitis, intéllego.

TOXILVS.

[Dígnus es.]
Vín cinaedúm nouom tíbi dari, Paégnium?
Quín elude út soles, quándo libér locust.

---

798. et *Camerarius*. ea *libri* cęlauiſti ***Z*** 799. ſtulticiaſt ***B***. ſtulticia eſt ***F*** cui *libri* liceat ***R***. licet *libri* litibus] inter ***F*** *Iambicum, ut proximum, sic efficias:* Stultitiast, quoi licét bene esse, eúm praeuorti lítibus 800. iſtahec ***B***. iſtahęc ***CDZ*** magiſ peragere eſt ***F*** cor mihi uritur *Bothius*. uritur cor mihi *libri, nisi quod* michi ***B***. mi uritur cor *catalectice Guyetus*. cor uritur mi *Reizius* 801. cantarum ***B*** uritur *Reizius, Bothius*. cor uritur *libri* *Ceterum versuum et horum et proximorum descriptio sic turbata est in* ***B***:

Iurgium hinc auferaſ ſi ſapiaſ at bona liberta haec ſciuiſti
Ea me celauiſti. ſtulticiaſt cui bene eſſe licet eum praeuorti
Litibuſ. poſteriuſ iſtahec te magiſ par agereſt uritur cor michi.
Da illi cantarum exſtingue ignem ſi cor uritur caput
Ne ardeſcat. ludoſ me facitiſ intellego.

Recte descripti sunt qui insequuntur cretici bacchiacique omnes 802. Dignus es *addidi, ut tetrametrum facerem e trimetro* 803. Tox. *om.* ***F*** cinedum *libri* nouom *pro* nouum ***B*** dari *om.* ***F*** pegnium ***C*** 804. Do. Quin *et proximo* To. Hui *Camerarius praeter libros: correxit Acidalius* Quine lude ***Da***. Quin nunc lude ***F***. Quin lude ***Z*** liber locust ***R***. liber locuſt hic *libri, nisi quod* locuſ ẽ ***F***. hic liber locust *Bothius*

PAEGNIVM.

Hui.

TOXILVS.

Babaé, basilicé te intulísti et facéte.

PAEGNIVM.

Decét me facétum esse: et húnc inridére
Lenónem lubídost [probé,] quando dígnust.

TOXILVS.

Perge, út coeperás.

PAEGNIVM.

Hoc, léno, tibí.

DORDALVS.

Perií, perculít me prope.

PAEGNIVM.

Hém, serua rúsum.

DORDALVS.

Delúde ut lubét, erús dum hinc abést.

PAEGNIVM.

Vidén tu, ut tuís dictís pareó?
Set quín tu meís contra itém dictis séruis
Atque hóc, quod tibí suadeó, facis?

DORDALVS.

Quid ést id?

---

805. PAE. Hui. || Tox. Babae ***R***. Hui babac *libri, nisi quod* huy ***F*** — babe ***BC***, habe ***F*** facere ***Z*** 807. irridere ***F*** 808. probe ***R***. *om. libri* dignuſ eſt ***F*** 809. 811 *et* 812 *e binis dimetris bacchiacis catalecticis coll. Bacch. 660 sq. composui duce Hermanno Elem. doctr. metr. p. 291. Nisi forte ex horum societate v. 809 eximendus et sic supplendus:* Perge út coeperás: Hem, hoc léno tibí 809. ceperaſ ***BFZ*** hoc] hem *Acidalius*

810. Do. Perii, perculit me *Camerarius*. To. Perii perculit me ***F***. Peri perculit me ***BCD***. Peri perculit. Do. me ***Z*** probe *Bothius* em ***B*** seruo *Acidalius: contra quem dixit Fleckeisenus Exerc. p. 22* rusum ***R*** *Prol. Trin. p.* CIV. tu ſum ***B***. rurſum *reliqui* 811. Delube ***BCD*** erus] crux ***F***

812. Viden tu ut ***R***. Viden ut *libri*. Videsne ut *Hermannus* 813. *spatium praecedit in* ***CD*** I ſed ***BCD***, *sed* ị ***Dc*** *ante* item *spatium* ***C*** 814. hoc *om.* ***Da***, *sup. scr.* ***Db*** tibi *om.* ***B*** ſcif ***Da***, ſcia ſ ***Db***. ſciaſ ***Z*** id eſt ***F***

PAEGNIVM.

Restím tu tibí cape crassam ác te suspénde.

DORDALVS.

Caue sís, me attigás, ne tibi hóc scipióne
Malúm magnum dém.

PAEGNIVM.

⟨Iam⟩ utere ⟨eo⟩: te condóno.

TOXILVS.

Iam iám, Paegniúm, da pausám, [parce mísero.]

DORDALVS.

Égo pol uos erádicabo.

PAEGNIVM.

At té ille, qui suprá nos habitat,
Quí tibi male uolt máleque faciet. nón hi dicunt, uérum ego.

TOXILVS.

'Age circumfer múlsum: bibere da úsque plenis cántharis.
Iám diu factumst, póstquam bibimus: nímis diu siccí sumus.

DORDALVS.

Dí faciant ut íd bibatis, quód uos numquam tránseat.

PAEGNIVM.

Néqueo, leno, quín tibi saltem státiculum, olim quem Hégea
Fáciebat. uide uéro, si tibi sátis placet.

---

815. te suspende ***R***. ſuſpende te *libri* 816. attigaſ ***CDa***. attingaſ ***BDbFZ*** 817. dem. Pa. iam utere eo: te ***R***. dein utere te ***B***. dem utere te ***C***. demutere. te ***Z***. demittere te ***F***. dem: ut aere te *Saracenus*. dem. Pa. te *Pylades*. dem. Pa. utere, te *Camerarius* 818. pegnium ***C***. penignium ***B*** *post* pauſam (*quo versiculus terminatur in* ***B***) *lacunam habent* ***CD***: *quam* parce misero *verbis explevi exempli caussa* 821. bibere da ***B***. biberet ***CDa***: biber& (e supra) ***Dc***. bibere ***FZ***. *de* puere *cogitabat Dousa* cautariſ ***B*** 822. nimi diu ***B***. nimiſ *sine* diu *reliqui* 824. Pae. *Camerarius*. Tox. ***FZ*** Neque o ***D***. Nequam ***F*** olim *libri*. dem *Pylades*. dem, olim *Acidalius, Palmerius p. 877* egea ***DaF*** 825. ueto ***F*** placet. Sa. me *Camerarius*. placet me ***BCD***.

SAGARISTIO.

Me quóque uolo
Réddere, olim quém Diodorus fáciebat in Iónia.

DORDALVS.

Málum ego uobis dábo, ni abitis.

SAGARISTIO.

Étiam mutis, ímpudens?
Iám ego tibi, si me ínritassis, Pérsam adducam dénuo.

DORDALVS.

Táceo hercle. atque tu Pérsa's, qui me usque ádmutilauisti ád cutem.

TOXILVS.

Táce, stulte: hic eius géminust frater.

DORDALVS.

Hícinest?

TOXILVS.

Ac geminíssumus.

DORDALVS.

Dí deaeque et te et géminum fratrem excrúcient.

SAGARISTIO.

Qui te pérdidit:
Nam égo nil merui.

DORDALVS.

'At enim, quod ille méruit, tibi id obsít uolo.

---

placet. me ***FZ*** 826. olim quem Diodorus ***B***. diodoruſ quem olim ***BCDZ***. diodoruſ olim ***F*** faciebat mionia ***F*** 827. ni ***B***, *Reizius*. niſi *libri* SA. *Camerarius*. To. ***FZ*** mutiſ *libri*. muttis *Taubmannus* 828. irritaſſiſ ***BF*** abducam ***F*** denuo iam taceo || Hercle *hac versuum distinctione* ***B*** 829. Taceo ***B***. iam taceo *libri* atque *aequare pyrrhichium videtur*. at *Reizius, Bothius* perſa eſ *libri* admutilasti *Reizius* cuſtem ***B***. curtem ***CD*** 830. To. *om*. ***F*** geminuſ eſt *libri* hiccine eſt ***B***. hiccineſt *reliqui* geminiſumuſ ***Z***. geminiſſimuſ ***B*** 831. Dii ***F*** te et]te ***F*** excrutient ***CF*** 832. nichil ***B***

TOXILVS.

'Age sultis hunc lúdificemus.

LEMNISELENIS.

Nísi si dignust, nón opust.
Ét me haut par est.

TOXILVS.

Crédo, quia non ínconciliat, quóm te emo.

LEMNISELENIS.

'Attamen.

TOXILVS.

Non 'áttamen'. caue sís malo ergo et séquere me.
Té mihi dicto esse aúdientem áddecet. nam hercle ábsque me
Fóret et meo praesídio, hic faceret té prostibilem própediem.
Égo sum tibi patrónus plane, qui huíc pro te argentúm dedi.
Sét ita pars libértinorumst: nísi patrono qui áduorsatust,
Ní illi offecit, ní male dixit, ní grato ingratús repertust,

---

833. Age sultis hunc **R**. Agite ſultiſ hunc **BCDZ**. Agite ſtulti huuc **F**. Agite hunc sultis *Guyetus, fortasse rere*. Agite sultis' *Bothius*
ludificemus. LEM. nisi si dignust, non opust. || Et me **R** *(h. e. nisi quod dignus est)*. ludificemuſ niſi ſi dignuſt non opuſt. || At me **BCD**. ludificemuſ niſi ſi indignūſt. SA. non opuſt. || LE. At me **F**, *item, nisi quod* niſi indignuſt, **Z**. ludificemus, nisi non dignust. SA. non opust. || LE. At me *Camerarius. Vbi* nunc opust *Bothius*
credo **R**. eo credo *libri* inconciliat cum *Pylades*. in concilia ut cum **BCZ** *et, nisi quod* eum, **F**. inconcili ut cum **D**. inconciliauit cum *Camerarius* 835. LE. Attamen TO. non attamen. caue *Reizius, Bothius*. Attamen non tamen caue **B** *et cum spatio ante* caue **CD**. LE. Attamen non tamen. TO. caue **FZ**. LE. Attamen. TO. non tamen. caue *Pylades, Acidalius* sis malo ergo **R**. ergo ſiſ malo *libri* 836. Te *Camerarius*. LE. Te **Z**. DO. Te **F** esse audientem **R**. audientem eſſe *libri* *ante* nam *spatium* **BCD**, TOX. **FZ**. *om. Camerarius* 837. preſidio **BC** proſtibilem **B**. proſtipilem **CD**. proſtibulam **Z**, *Lambinus*. poſtribulam **F**
cropediem **B**. copediem **D**. tropediem **C** 838—842 *hoc ordine* **R**, *qui sic collocantur in libris: 839. 841. 840. 842. 838. Quorum v. 841. 840 inter se transponi iam Acidalius iusserat*
839. eſt **BCDZ**. *om.* **F** aduerſatuſ eſt *libri* 840. Ni illi offecit *Reizius*. Ni illi officit *'prisca exemplaria' Pii, Pylades*. Ni id efficit **BCDFZ**. Ni illi offuit *Acidalius*. Ni defecit *Guyetus*.

Néc sat liber síbi uidetur néc sat frugi néc sat honestus.

LEMNISELENIS.

Pól bene facta túa me hortantur, túo ut imperio páream.

TOXILVS.

Gráphice hunc nunc uolo lúdificari.

LEMNISELENIS.

Méo ego id in locó curabo.

DORDALVS.

Cérto illi homines míhi nescio quid cónsulunt malí quod faciant.

SAGARISTIO.

Heús uos.

TOXILVS.

Quid ais?

SAGARISTIO.

Hícinest leno, qui híc mercatur líberas?

Ni ei obſecit *Bothius* ni male *Guyetus, Bothius*. ni ei male *libri* ne grato **Da** ingrato ſ **B** (v supra scr.) repertuſ eſt *libri* 841. sat . . . sat . . . sat *Bothius*. ſatiſ . . . ſatiſ . . . ſatiſ . . . **B**. ſatiſ . . . ſatiſ . . . ſat *reliqui* 842. ut *om.* **DFZ** 843. *Ab initio versus post aliquot litterarum lacunam* hice hunc **B**, hic ẽ hunc **CD**: *sine lacuna* Hic eſt. hunc **F**, Hic eſt hic eſt. hunc **Z**. Graphice hunc *e suis libris veteribus profert Lambinus, e suo cod. ascripsit etiam Scaliger. Quos libros etsi interpolatos esse etiam v. 700 apparuit, tamen hic verum felici coniectura indagasse interpolator censendus est.* Pro hisce hunc *Camerarius, ad versum 838 praecedentem referens.* Promisce hunc *Acidalius.* Κολάφιζ' hunc *inepte Bothius* nunc uolo **R**: *nisi* uolo ego *mates.* uolo *libri.* uolui *ex eisdem illis libris vet. proferre videtur Lambinus* ludificrari **C** meo ego id in loco **R**. meo ego in loco sedulo *libri immisso interpretamento* 844. michi **B**. *delebat Reizius, versum* heus uos *verbis terminans* consulunt mali **R**. mali conſulunt *libri* quod *Aldina*. quid *libri* *Huic versui* heu uoſ *verba adhaerent in* **B**: *quae ego initium feci proximi* 845. heus *Aldina*. heu *libri* *Ceterum de vera personarum notatione cum hic tum aliis locis huius scenae dubitari potest, ubi certa ratiocinandi necessitas in promptu non est* agiſ **B** hicinest leno **R**. hic ſine dordaluſ eſt leno **BCD**. hiccine dordaluſ eſt leno **FZ** qui hic] "illic "qui **F** mercatur liberas **R**: liberas mercatur *Reizius*· libe-

Hícinest, qui fuit quóndam fortis?

DORDALVS.

Quae haéc res est? ei, cólapho me icit. Malúm uobis dabo.

TOXILVS.

'At tibi nos dédimus dabimusque étiam.

DORDALVS.

Ei, nátis peruellít.

PAEGNIVM.

Licet: iam dĭu sunt saepe expúnctae.

DORDALVS.

Lóquere tu etiam, frústum pueri?

LEMNISELENIS.

Intro í, patrone, amábo, ad cenam.

DORDALVS.

Méa ego ignauiá * * * * tu núnc me inrides?

---

raſ uirgineſ mercatur **CDFZ**. liberaſ uirgineſ **B** 846. Hiccineſt *libri* res haec *Reizius* ei **BCDbZ**. *om.* **Da**. diei **F** colapho me icit *Acidalius:* colapho icit *Lambinus, qui etiam de* colaphum ducit *cogitabat.* colaphum icit *libri.* colaphum inicit *Scaliger.* κολαφίζει *idem ille Acidalius* 847. 848 *iambicos confidenter descripsi. Qui una cum proximis hi sunt in* **B**:

Malum uobiſ dabo. at tibi noſ dedimuſ dabimuſque etiam. ei natiſ peruellit.
Licet iam diuſ ſepe ſunt expunctae. loquere tu etiam fruſtum pueri?
Patronẽ intro amabo ad cenam mea iguauia tu nunc me irrideſ.

847. dedemuſ *ante corr.* **B** 848. hei **F** nateſ **CDZ**. natoſ **F** iam diu sunt saepe **B**. iam diuſ ſepe ſunt *etiam* **CDZ**. iam diu ſepe ſunt **F**. diu saepe sunt *sine* iam *Camerarius* 849. fruſtrum **F** intro i patrone **B**. patronẽ intro *etiam* **CD**. patrone i intro **Z**. patrone intro **F** caenam **C** 850. *Cum* **B** *congruunt* **CDFZ**, *nisi quod* Do. *praeponunt* **FZ**, inrideſ **DCZ**. *Non esse dubitandum videtur quin quaedam interciderint velut talia:*

Méa [ego] ignauiá [quom te et illam pérdidi,] tu núnc me inrides?

LEMNISELENIS.

Quíane te uoco, út tibi bene sit?

DORDALVS.

Nólo mihi bene ésse.

LEMNISELENIS.

Ne sit.

TOXILVS.

Quíd igitur? sescénti nummi quíd agunt? quas turbás danunt?

DORDALVS.

Mále disperii: sciunt referre próbe inimico grátiam.

TOXILVS.

Satis súmpsimus iam súpplici.

DORDALVS.

Fateór: manus uobís do.

TOXILVS.

Post dábis sub furcis. íntro abi, in crucem.

DORDALVS.

'An parum hic exércitum

---

851. Quiane ***B***. quia nec *reliqui* uoco ***BC***. uolo *reliqui* ut tibi bene ***R***. bene ut tibi *libri: item Bentleius in Hecyr. V, 2, 18*. ut bene tibi *Reizius* *ante* mihi *spatium* ***D*** 852. ſeſcenti *pro* ſexcenti ***C*** quid acunt ***CDa***. qui dacunt ***B*** 853. refere ***D*** 854. 855 *rursus iambici manifesti, sic turbati in* ***B*** *una cum proximis:*

Satiſ ſumpſimuſ ſupplicii iam. fateor manuſ uobiſ do, et poſt dabiſ

Sub furciſ. abi intro in crucem. an me hic parum execitum hiſce habent conueniſſe te toxilum me

854. iam supplici *Bothius*. ſupplicii iam *etiam* ***CDFZ*** 855. Post ***R***. Et poſt *ab initio versus* ***CD***. To. Et poſt ***FZ*** ſu[b] ***D*** *post* furciſ *spatium etiam* ***CD***: *continuant* ***FZ*** intro abi ***R***. abi intro *etiam* ***CDFZ*** SAG. in *mire Camerarius* crucem. DOR. an *Pylades*. crucem an *etiam* ***CDFZ*** an parum hic exercitum *Bothius olim*. an me hic parum Fecitum ***CD***: *unde* an p. h. facetum *nuper Bothius*. an ne hic parum Feci. Do. tum ***Z*** *et, nisi quod* hic hic, ***F***. anne hic parum exercitum *Ca-*

Hísce me habent?

TOXILVS.

Cónuenisse Tóxilum te mémineris.

CANTOR.

Spéctatores, béne ualete. léno periit: plaúdite.

CANTIO.

---

merarius 856. Hisce me *Camerarius.* hiſcę **CZ**. hiſceę **D**. iſte **F** habent. Tox. conuenisse *idem.* habent conueniſſe *etiam* **CDFZ** auent *veterem lectionem pro* habent *Pius dicit* Toxilum te *Guyetus.* te toxilum *etiam* **CDFZ** memineris *Camerarius.* me *in fine versus etiam* **CD**. Tox. me **Z**. Tox. me? **F** 857. CANTOR *praescripsi* *ante* leno *et post* periit *vacuum spatium in* **CD** plaudite. pautio **BCD**. *Quod esse* CANTIO *interpretandum dixi Proleg. Trin. p.* XXX PLAVTI PERSA EXPLICIT **BCDb**

BONNAE, FORMIS F. P. LECHNERI.



University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED